4. Habitavit ergo Josaphat in Jerusalem, rursumque egressus est ad populum de Bersabee usque ad montem Ephraim, et revocavit eos ad Dominum Deum patrum suorum.

5. Constituitque judices terræ in cunctis civitatibus Juda munitis per singula loca,

Digitized by Google

6. E dicendo comandò ai giudici: vedete quello che voi fate; voi non esercitate il giudicio degli uomini, ma quello di Dio; e ciò che voi giudicherete, ritornerà in voi.

7. Sia il timore di Dio in voi, e tutte le cose fate con diligenza; però che appo il nostro Signore Iddio non è iniquità, nè discernimento di persone, nè cupidità di doni.

8. E in Ierusalem ordinò Iosafat i Leviti e' sacerdoti e' prìncipi delle famiglie d' Israel, acciò che giudicassero il giudicio del Signore a' suoi abitatori.

9. E comandò loro, dicendo: così farete fedelmente nel timore di Dio, e con perfetto cuore,

10. ogni questione, la quale verrà a voi, de' vostri fratelli i quali àbitano nelle loro cittadi tra parentado e parentado. In qualunque luogo nascerà questione della legge, del comandamento, delle cerimonie e delle giustificazioni, mostrate loro che non pecchino nel Signore; e non vegna in voi l' ira (del

6. et præcipiens judicibus: Videte, ait, quid faciatis; non enim hominis exercetis judicium, sed Domini: et quodcunque judicaveritis, in vos redundabit.

7. Sit timor Domini vobiscum, et cum diligentia cuncta facite: non est enim apud Dominum Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum.

8. In Jerusalem quoque constituit Josaphat Levitas et sacerdotes et principes familiarum ex Israel, ut judicium et causam Domini judicarent habitatoribus ejus.

9. Præcepitque eis, dicens: Sic agetis in timore Domini fideliter, et corde perfecto,

10. omnem causam, quæ venerit ad vos, fratrum vestrorum, qui habitant in urbibus suis inter cognationem et cognationem. Ubicunque quæstio est de lege, de mandato, de ceremoniis, de justificationibus, ostendite eis, ut non peccent in Dominum, et ne veniat ira

Digitized by Google

Signore) e ne' vostri fratelli; e facendo così non peccherete.

11. E Amaria, vostro sacerdote e pontefice, sarà sopra quelle cose le quali appartengono al Signore Iddio; e Zabadia figliuolo di Ismael, il quale è duca nella casa di Giuda, sarà sopra quelle opere le quali appartengono all' officio del re; e nel vostro cospetto avete i Leviti maestri; confortatevi e fate diligentemente, e sarà il Signore con esso voi negli beni.

CAPO XX.

1. Dopo questo si raunarono i figliuoli di Moab e di Ammon, e con esso loro degli Ammoniti, a Iosafat, per combattere contra lui.

2. E vennero gli messaggi, e significarono questo a Iosafat, dicendo: incontra di te viene grande moltitudine degli luoghi li quali sono di là dal mare,

super vos et super fratres vestros: sic ergo agentes non peccabitis.

11. Amarias autem sacerdos et pontifex vester in his, quæ ad Deum pertinent, præsidebit: porro Zabadias, filius Ismahel, qui est dux in domo Juda, super ea opera erit, quæ ad regis officium pertinent: habetisque magistros Levitas coram vobis: confortamini, et agite diligenter, et erit Dominus vobiscum in bonis.

CAPUT XX.

1. Post hæc congregati sunt filii Moab et filii Ammon, et cum eis de Ammonitis ad Josaphat, ut pugnarent contra eum.

2. Veneruntque nuntii, et indicaverunt Josaphat, dicentes: Venit contra te multitudo magna de his locis, quæ trans mare sunt, et de Syria, et ecce consistunt in Asasonthamar, quæ est Engaddi.

Digitized by Google

e di Siria; ed ecco che sono in Asasontamar, la quale è in Engaddi.

3. E Iosafat, tutto ispavento, tutto si diede a pregare Iddio (e tutti di loro cittade), e predicò il digiuno a tutto Giuda.

4. E congregossi Giuda a pregare Iddio; e tutti di loro cittadi vennero ad orare lui.

5. E istando Iosafat nel mezzo del popolo di Giuda e di Ierusalem, nella casa di Dio e dinanzi del palagio nuovo,

6. disse: o Signore Iddio de' nostri padri, tu sei Dio in cielo, e tu se' signore di tutte le genti della terra; nella tua mano è la fortezza e la potenza, e niuno puote resistere a te.

7. Non se' tu, Signore nostro, quello il quale uccidesti tutti gli abitatori di questa terra nel cospetto del tuo popolo d' Israel, e destila al seme del tuo amico Abraam in sempiterno?

8. E abitarono in quella, e fècerovi il santuario al tuo nome, dicendo:

3. Josaphat autem timore perterritus totum se contulit ad rogandum Dominum, et prædicavit jejunium universo Juda.

4. Congregatusque est Judas ad deprecandum Dominum: sed et omnes de urbibus suis venerunt ad obsecrandum eum.

5. Cumque stetisset Josaphat in medio cœtu Juda et Jerusalem in domo Domini ante atrium novum,

6. ait: Domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in cælo, et dominaris cunctis regnis gentium: in manu tua est fortitudo et potentia, nec quisquam tibi potest resistere.

7. Nonne tu, Deus noster, interfecisti omnes habitatores terræ hujus coram populo tuo Israel, et dedisti eam semini Abraham amici tui in sempiternum?

8. Habitaveruntque in ea, et exstruxereunt in illa sanctuarium nomini tuo, dicentes:

Digitized by Google

9. se verranno sopra noi i mali e il coltello del giudicio, pestilenza e fame, e noi istaremo dinanzi a questa casa, sopra la quale è invocato il nome tuo, nel tuo cospetto; e chiameremo a te nelle nostre tribulazioni; tu ci esaudirai, e fara'ci salvi.

10. E ora ecco, i figliuoli di Ammon e di Moab, e il monte di Seir, per li quali tu non concedesti a' figliuoli d' Israel, che passassono, quando uscirono di Egitto; anzi declinarono da loro, e non gli uccisono,

11. (ed egli) fanno per lo contrario, e isforzansi di cacciarci della possessione la quale (tu Signore Iddio nostro) ci hai data.

12. Dunque non gli giudicherai tu? Certo in noi non è tanta fortezza, che possiamo resistere a questa moltitudine la quale è venuta sopra noi; ma non sapendo che ci doviamo fare, solo questo rimane che noi leviamo gli occhi a te.

9. Si irruerint super nos mala, gladius judicii, pestilentia et fames, stabimus coram domo hac in conspectu tuo, in qua invocatum est nomen tuum, et clamabimus ad te in tribulationibus nostris, et exaudies, salvosque facies.

10. Nunc igitur ecce, filii Ammon et Moab, et mons Seir (per quos non concessisti Israel, ut transirent quando egrediebantur de Aegypto, sed declinaverunt ab eis, et non interfecerunt illos),

11. e contrario agunt, et nituntur ejicere nos de possessione, quam tradidisti nobis.

12. Deus noster, ergo non judicabis eos? In nobis quidem non est tanta fortitudo, ut possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos: sed, cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.

Digitized by Google

13. E tutto Giuda istava dinanzi al Signore coi loro fanciulli e con le loro donne e con li loro figliuoli.

14. Ed (era) Iaaziel figliuolo di Zacaria, figliuolo di Banaìa, figliuolo di Ieiel, figliuolo di Matania, era Levita de' figliuoli di Asaf; sopra il quale fu fatta la parola dello spirito di Dio nel mezzo della turba,

15. e disse: tutto Giuda, attendete, e voi che abitate in Ierusalem, e tu re Iosafat; questo dice il Signore a voi: non abbiate paura, e non temete questa moltitudine; però che la battaglia non è vostra, ma è di Dio.

16. Domani anderete contro a loro; ed egli monteranno per la valle che è chiamata Sis, e troverete gli nel capo del fiume il quale è contra la solitudine di Ieruel.

17. Non sarete voi che combatterete, ma solo istate francamente, e vedrete sopra voi l' aiuto del Signore; o Giuda e (tu) Ierusalem, non temete e non

13. Omnis vero Juda stabat coram Domino cum parvulis et uxoribus et liberis suis.

14. Erat autem Jahaziel, filius Zachariæ, filii Banajæ, filii Jehiel, filii Mathaniæ, Levites de filiis Asaph, super quem factus est Spiritus Domini in medio turbæ,

15. et ait: Attendite, omnis Juda, et qui habitatis Jerusalem, et tu rex Josaphat: Hæc dicit Dominus vobis: Nolite timere, nec paveatis hanc multitudinem: non est enim vestra pugna, sed Dei.

16. Cras descendetis contra eos: ascensuri enim sunt per clivum nomine Sis, et invenietis illos in summitate torrentis, qui est contra solitudinem Jeruel.

17. Non eritis vos qui dimicabitis, sed tantummodo confidenter state, et videbitis auxilium Domini super vos: o Juda et Jerusalem, nolite timere, nec paveatis: eras egrediemini contra eos, et Dominus erit vobiscum.

Digitized by Google

abbiate paura; domani uscirete contro di loro, e lo Signore sarà con esso voi.

18. E Iosafat e Giuda e tutti gli abitatori di Ierusalem caddero distesi in terra nel cospetto di Dio e adororlo.

19. E i Leviti de' figliuoli di Caat, e de' figliuoli di Core, laudarono il Signore Iddio d' Israel con voce alta in alto.

20. E levatisi la mattina, uscirono per lo deserto di Tecue; e andati loro, Iosafat istando in mezzo di loro, disse: intendete me, tutto Giuda e gli abitatori di Ierusalem; credete nel (nostro) Signore Iddio vostro, e sarete nel sicuro; credete ai profeti suoi, e tutte le cose vi verranno prospere.

21. E consigliò il popolo, e ordinò gli cantatori del Signore, li quali lui laudassono nelle compagnie loro, e che andassono dinanzi allo esercito, e con voce consonata dicesseno: confessatevi a Dio, però che la sua misericordia è eterna.

18. Josaphat ergo, et Juda, et omnes habitatores Jerusalem ceciderunt proni in terram coram Domino, et adoraverunt eum.

19. Porro Levitæ de filiis Caath, et de filiis Core laudabant Dominum Deum Israel voce magna in excelsum.

20. Cumque mane surrexissent, egressi sunt per desertum Thecue; profectisque eis, stans Josaphat in medio eorum, dixit: Audite me, viri Juda et omnes habitatores Jerusalem: Credite in Domino Deo vestro, et securi eritis: credite prophetis ejus, et cuncta evenient prospera.

21. Deditque consilium populo, et statuit cantores Domini, ut laudarent eum in turmis suis, et antecederent exercitum, ac voce consona dicerent: Confitemini Domino, quoniam in æternum misericordia ejus.

Digitized by Google

22. E cominciato egli a cantare, il Signore le insidie loro, cioè de' figliuoli di Ammon e di Moab e del monte Seir, i quali erano usciti a combattere contra Giuda, convertì contra loro istessi; e furono percossi.

23. Onde i figliuoli di Moab e di Ammon si levarono contra gli abitatori del monte Seir, acciò che gli uccidessero e disfacessero; e fatto questo, anco in sè medesimi rivolti uccideano l' uno all'altro.

24. E venuto Giuda alla spelonca la quale guarda la solitudine, viddero da lungi da ogni parte della contrada giacere pieno di corpi morti; chè non era rimaso uno il quale fosse potuto iscampare dalla morte.

25. E venne Iosafat, e tutto il popolo con lui, a ricogliere il campo delle spoglie de' morti; e trovarono tra' morti diverse cose, vestimenta e vasi preziosissimi; e tolseno tanto che nol poteano portare;

22. Cumque cœpissent laudes canere, vertit Dominus insidias eorum in semetipsos, filiorum scilicet Ammon et Moab et montis Seir, qui egressi fuerant ut pugnarent contra Judam; et percussi sunt.

23. Namque filii Ammon et Moab consurrexerunt adversum habitatores montis Seir, ut interficerent et delerent eos; cumque hoc opere perpetrassent, etiam in semetipsos versi, mutuis concidere vulneribus.

24. Porro Juda, cum venisset ad speculam, quæ respicit solitudinem, vidit procul omnem late regionem plenam cadaveribus; nec superesse quemquam, qui necem potuisset evadere.

25. Venit ergo Josaphat, et omnis populus cum eo, ad detrahenda spolia mortuorum; inveneruntque inter cadavera variam supellectilem, vestes quoque, et vasa pretiosissima; et dirripuerunt ita, ut omnia portare non possent, nec per tres dies spolia auferre præ prædæ magnitudine.

Digitized by Google

nè in tre dì poterono ricogliere le cose per la moltitudine.

26. E nel quarto dì sì si congregarono nella valle della benedizione; e però che in quello luogo aveano benedetto il Signore, chiamarono quella valle VALLE DELLA BENEDIZIONE, insino al dì presente.

27. E ritornarono ogni uomo di Giuda e gli abitatori di Ierusalem, e Iosafat dinanzi a loro, in Ierusalem con grande letizia, però che il Signore gli avea data allegrezza de' nemici loro.

28. Ed entraro in Ierusalem con salteri e chitarre e trombe, nella casa di Dio.

29. E sopra tutti li regni della terra venne la paura di Dio, udito siccome Iddio avea combattuto contro gli nemici d' Israel.

30. E riposò il regno di Iosafat, però che il Signore gli diede pace dintorno.

31. E regnò Iosafat sopra Giuda; e quando incominciò a regnare avea trentacinque anni, e venti-

26. Die autem quarto congregati sunt in Valle benedictionis; etenim, quoniam ibi benedixerant Domino, vocaverunt locum illum Vallis benedictionis, usque in præsentem diem.

27. Reversusque est omnis vir Juda, et habitatores Jerusalem, et Josaphat ante eos in Jerusalem cum lætitia magna, eo quod dedisset eis Dominus gaudium de inimicis suis.

28. Ingressique sunt in Jerusalem cum psalteriis et citharis et tubis in domum Domini.

29. Irruit autem pavor Domini super universa regna terrarum, cum audissent, quod pugnasset Dominus contra inimicos Israel.

30. Quievitque regnum Josaphat, et præbuit ei Deus pacem per circuitum.

31. Regnavit igitur Josaphat super Judam, et erat triginta quinque annorum, cum regnare cœpisset; viginti autem et quinque annis regnavit in Jerusalem; et nomen matris ejus Azuba filia Selahi.

Digitized by Google

cinque anni regnò in Ierusalem; il nome della madre fu Azuba figliuola di Selai.

32. E andò per la via del suo padre Asa, e non declinò da quella, facendo quello che piaceva nel cospetto del Signore.

33. Ma i luoghi alti non tolse via, però che anco il popolo (offeriva e sacrificava negli luoghi alti, e) non avea dirizzato il cuore a seguitare Iddio Signore de' padri loro.

34. E tutto l' altro, cioè [de' fatti] di Iosafat ultimi e primi, sì è scritto nelli libri di Ieu figliuolo di Anani; le quali cose puose nel libro de' re d' Israel.

35. E dopo queste cose Iosafat fece amistà con esso Ocozia re d' Israel, l' opere del quale furono pessime.

36. E fu partecipe a fare navi, le quali andassero in Tarso; e fecionle in Asiongaber.

37. E profetò Eliezer figliuolo di Dodan di Maresa a Iosafat, e disse: però che tu hai avuto patto con esso Ocozia, il Signore hae percosse le tue opere, e sono rotte le navi, e non sono potute andare in Tarso.

32. Et ambulavit in via patris sui Asa, nec declinavit ab ea, faciens quæ placita erant coram Domino.

33. Veruntamen excelsa non abstulit, et adhuc populus non direxerat cor suum ad Dominum Deum patrum suorum.

34. Reliqua autem gestorum Josaphat priorum et novissimorum scripta sunt in verbis Jehu filii Hanani, quæ digessit in Libros regum Israel.

35. Post hæc iniit amicitias Josaphat, rex Juda, cum Ochozia, rege Israel, cujus opera fuerunt impiissima.

36. Et particeps fuit, ut facerent naves, quæ irent in Tharsis; feceruntque classem in Asiongaber.

37. Prophetavit autem Eliezer, filius Dodan de Maresa, ad Josaphat, dicens: Quia habuisti fœdus cum Ochozia, percussit Dominus opera tua; contritæque sunt naves, nec potuerunt ire in Tharsis.

Digitized by Google

CAPO XXI.

1. Dormì Iosafat coi padri suoi, e fue seppellito con esso loro nella città di David; e regnò Ioram suo figliuolo per lui.

2. Il quale ebbe fratelli, figliuoli di Iosafat, Azaria e Iaiel, Zacaria e Azaria e Micael e Safatia; tutti questi furono figliuoli di Iosafat re di Giuda.

3. E diede loro il padre molti doni, ariento e oro, con le città fortissime in Giuda; ma il regno diede a Ioram, però ch' era il primogenito.

4. E levossi Ioram sopra il regno del padre suo; ed essendo bene fermato, uccise tutti i suoi fratelli di coltello, e alcuni de' prìncipi di Giuda.

5. E quando cominciò a regnare, era Ioram di XXXII anni; e VIII anni regnò in Ierusalem.

CAPUT XXI.

1. Dormivit autem Josaphat cum patribus suis, et sepultus est cum eis in civitate David; regnavitque Joram filius ejus pro eo.

2. Qui habuit fratres, filios Josaphat, Azariam et Jahiel, et Zachariam et Azariam, et Michael et Saphatiam; omnes hi, filii Josaphat, regis Juda.

3. Deditque eis pater suus multa munera argenti et auri, et pensitationes cum civitatibus munitissimis in Juda; regnum autem tradidit Joram, eo quod esset primogenitus.

4. Surrexit ergo Joram super regnum patris sui; cumque se confirmasset, occidit omnes fratres suos gladio, et quosdam de principibus Israel.

5. Triginta duorum annorum erat Joram, cum regnare cœpisset, et octo annis regnavit in Jerusalem.

Digitized by Google

6. E andò per le vie dei re d' Israel, sì come avea fatto la casa di Acab; e la figliuola di Acab era sua moglie, e nel cospetto del Signore fece male.

7. E non volle il Signore dissipare la casa di David, per lo patto il quale avea con esso lui, e però ch' egli avea promesso che gli darebbe lucerna, e a' suoi figliuoli, per ogni tempo.

8. E in quel tempo ribelloe Edom, non volendo essere sotto Giuda, e fece il re a sè.

9. E passando Ioram coi principi suoi, e con tutta la cavalleria la quale era con esso lui, levossi la notte, e percosse Edom, il quale avea circondato, e tutti i principi della sua cavalleria.

10. Nondimeno ribelloe Edom, per non essere alla signoria di Giuda, insino al dì presente; e in quello tempo anco Lobna si partìo, per non essere sotto le sue mani; però ch' egli avea lasciato il Signore Dio de' padri suoi.

6. Ambulavitque in viis regum Israel, sicut egerat domus Achab, filia quippe Achab erat uxor ejus; et fecit malum in conspectu Domini.

7. Noluit autem Dominus disperdere domum David propter pactum, quod inierat cum eo, et quia promiserat, ut daret ei lucernam, et filiis ejus omni tempore.

8. In diebus illis rebellavit Edom, ne esset subditus Judæ, et constituit sibi regem.

9. Cumque transisset Joram cum principibus suis, et cuncto equitatu, qui erat secum, surrexit nocte, et percussit Edom, qui se circumdederat, et omnes duces equitatus ejus.

10. Attamen rebellavit Edom, ne esset sub ditione Juda, usque ad hanc diem; eo tempore et Lobna recessit, ne esset sub manu illius. Dereliquerat enim Dominum Deum patrum suorum;

Digitized by Google

11. E sopra questo anch' egli edificò luoghi alti nelle città di Giuda; e fece fornicare gli abitatori di Ierusalem, e fece prevaricare Giuda.

12. E furongli portate lettere da Elia profeta, nelle quali era scritto: questo dice il Signore Iddio del padre tuo David: però che tu non se' andato per le vie di Iosafat tuo padre, e per le vie di Asa re di Giuda,

13. ma se' andato per le vie de' re d' Israel, e hai fatto fornicare Giuda e gli abitatori di Ierusalem, seguitando la fornicazione della casa di Acab; e sopra questo hai morto i tuoi fratelli, casa del tuo padre, migliori di te;

14. ecco che il Signore percuoterà te, con esso il popolo tuo, e coi figliuoli e con le mogli e con tutta la tua sostanza, di grande piaga.

15. E tu infermerai di pessimo male di corpo, tanto che tutte le interiora, che tu hai, ti escano ogni dì a poco a poco.

11. insuper et excelsa fabricatus est in urbibus Juda, et fornicari fecit habitatores Jerusalem, et prævaricari Judam.

12. Allatæ sunt autem ei litteræ ab Elia propheta, in quibus scriptum erat: Hæc dicit Dominus Deus David patris tui: Quoniam non ambulasti in viis Josaphat patris tui, et in viis Asa regis Juda,

13. sed incessisti per iter regum Israel, et fornicari fecisti Judam, et habitatores Jerusalem, imitatus fornicationem domus Achab, insuper et fratres tuos, domum patris tui, meliores te, occidisti:

14. ecce, Dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo et filiis et uxoribus tuis, universaque substantia tua:

15. tu autem ægrotabis pessimo languore uteri tui, donec egrediantur vitalia tua paulatim per singulos dies.

Digitized by Google

16. Onde suscitò il Signore contro a Ioram lo spirito de' Filistei, e di quelli di Arabia li quali sono vicini a quelli di Etiopia.

17. E andarono alla terra di Giuda, e guastarola, e portaronsi via tutta la (loro) sostanza, la quale fu trovata nella casa del re, e anche i figliuoli e le mogli; e non gli rimase se non Ioacaz, suo figliuolo, il quale era il minore per nazione.

18. E sopra tutto questo il Signore percosse lui di male di ventre incurabile.

19. E passando dì dopo dì, e tempo dopo spazio di tempo, (si volgesse e) fornissi il cerchio di due anni; e così consumato d' infermità, (in tal modo) che mandò fuori tutte le sue interiora, insieme fu privato della infermità e della vita. E morì di pessima infermità, e non gli fece il popolo secondo l' usanza dell' ardere la sepoltura, sì come avea fatto a' suoi maggiori.

16. Suscitavit ergo Dominus contra Joram spiritum Philisthinorum, et Arabum, qui confines sunt Aethiopibus;

17. et ascenderunt in terram Juda, et vastaverunt eam, diripueruntque cunctam substantiam, quæ inventa est in domo regis, insuper et filios ejus et uxores; nec remansit ei filius, nisi Joachaz, qui minimus natu erat.

18. Et super hæc omnia percussit eum Dominus alvei languore insanabili.

19. Cumque diei succederet dies, et temporum spatia volverentur, duorum annorum expletus est circulus; et sic longa consumtus tabe, ita ut egereret etiam viscera sua languore pariter, et vita caruit. Mortuusque est in infirmitate pessima, et non fecit ei populus secundum morem combustionis exequias, sicut fecerat majoribus ejus.

Digitized by Google

20. E quando incominciò a regnare, era di XXXII anni; e otto anni regnò in Ierusalem. E non andò dirittamente; e seppellironlo nella città di David, ma non nella sepoltura de' re.

CAPO XXII.

1. Gli abitatori di Ierusalem fecero re per lui Ocozia suo figliuolo; però che tutti quelli, ch' erano innanzi a lui, aveano morti i ladroncelli degli Arabi, li quali avevano assalite le castella; e regnoe Ocozia figliuolo di Ioram re di Giuda.

2. E quando Ocozia cominciò a regnare, era di XLII anni; e uno regnò in Ierusalem. Il nome della madre sua fu Atalia figliuola di Amri.

3. E anco egli entrò per la via della casa d'Acab; e la madre sua lo indusse, ch' egli facesse empie cose.

20. Triginta duorum annorum fuit, cum regnare cœpisset, et octo annis regnavit in Jerusalem. Ambulavitque non recte; et sepelierunt eum in civitate David, verumtamen non in sepulcro regum.

CAPUT XXII.

1. Constituerunt autem habitatores Jerusalem Ochoziam, filium ejus minimum, regem pro eo; omnes enim majores natu, qui ante fuerant, interfecerant latrones Arabum, qui irruerant in castra; regnavitque Ochozias, filiis Joram regis Juda.

2. Quadraginta duorum annorum erat Ochozias, cum regnare cœpisset, et uno anno regnavit in Jerusalem, et nomen matris ejus Athalia filia Amri.

3. Sed et ipse ingressus est per vias domus Achab; mater enim ejus impulit eum, ut impie ageret.

Digitized by Google

4. Onde egli fece male nel cospetto di Dio, sì come la casa di Acab; ed egli furono suoi consiglieri, dopo la morte del suo padre, nella morte sua.

5. E andò per lo consiglio loro; e andò con Ioram figliuolo di Acab alla battaglia contra Azael re di Siria in Ramot di Galaad; e i Siri ferirono Ioram.

6. Ed egli ritornò in Iezrael a farsi medicare; però ch' avea ricevuto molte ferite nella detta battaglia. Ocozia figliuolo di Ioram re di Giuda andò in Iezrael a vedere Ioram, figliuolo di Acab, infermo.

7. E fu di volontà di Dio contro Ocozia, ch' egli andasse a Ioram; e venuto, è uscito con esso lui contro a Ieu figliuolo di Namsi, il quale avea unto Iddio acciò che disertasse la casa di Acab.

8. E disfacendo Ieu la casa di Acab, trovò i prìncipi di Giuda, e i figliuoli de' fratelli d' Ocozia, i quali gli serviano, e uccisegli.

4. Fecit igitur malum in conspectu Domini, sicut domus Achab; ipsi enim fuerunt ei consiliarii post mortem patris sui, in interitum ejus.

5. Ambulavitque in consiliis eorum. Et p e r r e x i t cum Joram, filio Achab, rege Israel, in bellum contra Hazael, regem Syriæ, in Ramoth Galaad; vulneraveruntque Syri Joram.

6. Qui reversus est, ut curaretur in Jezrahel; multas enim plagas acceperat in supradicto certamine. I g i t u r Ochozias, filius Joram, rex Juda, descendit, ut inviseret Joram, filium Achab, in J e z r a h e l ægrotantem.

7. Voluntatis quippe fuit Dei adversus Ochoziam, ut veniret ad Joram; et cum venisset, et egrederetur cum eo adversum Jehu, f i l i u m Namsi, quem unxit Dominus, ut deleret domum Achab.

8. Cum ergo everteret Jehu domum Achab, invenit principes Juda, et filios fratrum Ochoziæ, qui ministrabant ei, et interfecit illos.

Digitized by Google

9. E cercando per Ocozia, preselo, essendo nascosto in Samaria; e menato a lui, egli l' uccise; e seppellironlo, però ch' era figliuolo di Iosafat, il quale avea seguitato Iddio con tutto il cuore; e non era più speranza veruna, che della stirpe di Ocozia fosse chi potesse regnare.

10. E veggendo Atalia sua madre, che era morto il suo figliuolo, levossi e uccise tutta la stirpe regale della casa di Ioram.

11. Ma Iosabet, figliuola del re, tolse Ioas figliuolo di Ocozia, e furollo del mezzo de' figliuoli del re, quando si uccideano; e nascose lui con la sua baila in una cameretta de' letti; e questa Iosabet, la quale avealo nascoso, era figliuola di re Ioram, moglie di Ioiada pontefice, sorella di Ocozia; e però Atalia non lo uccise.

12. E fu con esso loro nascoso nella casa di Dio sei anni, nei quali Atalia regnoe sopra la terra.

9. Ipsum quoque perquirens Ochoziam, comprehendit latitantem in Samaria, adductumque ad se, occidit; et sepelierunt eum, eo quod esset filius Josaphat, qui quæsierat Dominum in toto corde suo; nec erat ultra spes aliqua, ut de stirpe quis regnaret Ochoziæ;

10. siquidem Athalia mater ejus videns, quod mortuus esset filius suus, surrexit, et interfecit omnem stirpem regiam domus Joram.

11. Porro Josabeth, filia regis, tulit Joas, filium Ochoziæ, et furata est eum de medio filiorum regis, cum interficerentur, absconditque eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum; Josabeth autem, quæ asconderat eum, erat filia regis Joram, uxor Jojadæ pontificis, soror Ochoziæ; et idcirco Athalia non interfecit eum.

12. Fuit ergo cum eis in domo Dei absconditus sex annis, quibus regnavit Athalia super terram.

Digitized by Google

CAPO XXIII.

1. Nel settimo anno, confortato Ioiada tolse gli centurioni, cioè Azaria figliuolo di Ieroam, e Ismael figliuolo di Ioanan, e Azaria figliuolo di Obed, e Maasia figliuolo di Adaia, ed Elisafat figliuolo di Zecri; e fece patto con esso loro.

2. I quali cercando tutto Giuda, congregarono i Leviti di tutte le cittadi di Giuda, e' prìncipi [delle famiglie] d'Israel, e vennero in Ierusalem.

3. E tutta la moltitudine fece patto col re nella casa del Signore, e Ioiada disse loro: ecco, il figliuolo del re regnerà, sì come il Signore disse sopra i figliuoli di David.

4. Questo è quello che voi farete.

5. La terza parte di voi, i quali venite al sabbato de' Leviti e de' sacerdoti e dei portieri, sarà alle porte; e la terza parte alla casa del re; e la terza

CAPUT XXIII.

1. Anno autem septimo confortatus Jojada assumsit centuriones, Azariam videlicet, filium Jeroham, et Ismahel, filium Johanan, Azariam quoque, filium Obed, et Maasiam, filium Adajæ, et Elisaphat, filium Zechri, et iniit cum eis fœdus.

2. Qui circumeuntes Judam, congregaverunt Levitas de cunctis urbibus Juda, et principes familiarum Israel, veneruntque in Jerusalem.

3. Iniit ergo omnis multitudo pactum in domo Dei cum rege, dixitque ad eos Jojada: Ecce, filius regis regnabit, sicut locutus est Dominus super filios David.

4. Iste est ergo sermo, quem facietis:

5. Tertia pars vestrum, qui veniunt ad sabbatum, sacerdotum et Levitarum et janitorum, erit in portis: tertia

Digitized by Google

parte alla porta la quale si chiama la porta del fondamento; e tutto l' altro popolo sia nelle case della casa del Signore.

6. E nullo altro entri nella casa del Signore, se non i sacerdoti, e de' Leviti quelli che ministrano; solamente questi entrino, però che sono santificati; e tutto l' altro popolo osservi la guardia del Signore.

7. E i Leviti tutti circondino il re, avendo ciascuno l' arme sue; e qualunque altro entrerà nel tempio sia morto; e siano con esso il re ed entrando e uscendo.

8. Feceno adunque tutti i leviti, e tutto Giuda, secondo tutto quello ch' avea comandato Ioiada pontefice; e ciascuno tolse quelli uomini i quali erano sotto sè, e veniano per ordine al sabbato, con quelli i quali aveano fornito il sabbato e doveano uscire; e Ioiada pontefice non avea lasciato partire le compagnie, le quali erano usate di succedere l' una all' altra per ciascuna settimana.

vero pars ad domum regis, et tertia ad portam, quæ appellatur Fundamenti: omne vero reliquum vulgus sit in atriis domus Domini.

6. Nec quispiam alius ingrediatur domum Domini, nisi sacerdotes, et qui ministrant de Levitis: ipsi tantummodo ingrediantur, quia sanctificati sunt, et omne reliquum vulgus observet custodias Domini.

7. Levitæ autem circumdent regem, habentes singuli arma sua (et si quis alius ingressus fuerit templum, interficiatur), sintque cum rege et intrante et egrediente.

8. Fecerunt ergo Levitæ et universus Juda juxta omnia, quæ præceperat Jojada pontifex; et assumserunt singuli viros, qui sub se erant, et veniebant per ordinem sabbati cum his, qui impleverant sabbatum, et egressuri erant; siquidem Jojada pontifex non dimiserat abire turmas, quæ sibi per singulas hebdomadas succedere consueverant.

Digitized by Google

9. E diede Ioiada sacerdote a' centurioni lance e iscudi e iscudetti del re David, le quali avea consecrate nella casa di Dio.

10. E ordinò tutto il popolo che tenea spuntoni dalla parte diritta del tempio insino alla parte sinistra del tempio, dinanzi all' altare e al tempio, d' intorno al re.

11. E menarono fuori il figliuolo del re, e puosergli la corona, e diedergli che tenesse la legge in mano, e fecerlo re; e Ioiada pontefice l' unse, e i suoi figliuoli; e desiderarono e dissero: (viva) viva il re.

12. La quale cosa udita Atalia, cioè la voce di quelli che correvano e laudavano il re, entrò al popolo nel tempio del Signore.

13. E veggendo ella il re stare sopra il grado nell' entrata, e i prìncipi e le compagnie dintorno a lui, e tutto il popolo della terra rallegrandosi, e suonando le trombe e diverse generazioni d' organi, e

9. Deditque Jojada sacerdos centurionibus lanceas, clypeosque et peltas regis David, quas consecraverat in domo Domini.

10. Constituitque omnem populum tenentium pugiones a parte templi dextra usque ad partem templi sinistram coram altari et templo, per circuitum regis.

11. Et eduxerunt filium regis, et imposuerunt ei diadema et testimonium, dederuntque in manu ejus tenendam legem, et constituerunt eum regem; unxit quoque illum Jojada pontifex, et filii ejus; imprecatique sunt ei, atque dixerunt: Vivat rex,

12. Quod cum audisset Athalia, vocem scilicet currentium atque laudantium regem, ingressa est ad populum in templum Domini.

13. Cumque vidisset regem, stantem super gradum in introitu, et principes turmasque circa eum, omnemque populum terræ gaudentem,

Digitized by Google

la voce di quelli che laudavano, isquarciò le sue vestimenta, e disse: insidie, insidie.

14. E uscito Ioiada pontefice ai prìncipi e ai centurioni dello esercito, disse loro: menatela fuori del circuito del tempio, e di fuori sia morta di coltello. E comandò il sacerdote, che non fosse morta nella casa di Dio.

15. E puoserli le mani nel capo, ed entrata per la porta de' cavalli della casa del re, ivi l' uccisero.

16. E fece Ioiada patto tra sè, il popolo e il re, che fosse popolo di Dio.

17. E tutto il popolo entrò nella casa di Baal, e disfecerla; e gli altari ruppero e le loro statue; e Matan sacerdote di Baal uccisono dinanzi all' altare.

18. E ordinò Ioiada preposti nella casa del Signore, sotto le mani de' sacerdoti e de' Leviti, i quali ordinò David nella casa di Dio, che offerissono olocausti al Signore, sì come egli era scritto nella legge

atque clangentem tubis, et diversi generis organis concinentem, vocemque laudantium, scidit vestimenta sua, et ait: Insidiæ, insidiæ.

14. Egressus autem Jojada pontifex ad centuriones et principes exercitus, dixit eis: Educite illam extra septa templi, et interficiatur foris gladio. Præcepitque sacerdos, ne occideretur in domo Domini;

15. et imposuerunt cervicibus ejus manus, cumque intrasset portam equorum domus regis, interfecerunt eam ibi.

16. Pepigit autem Jojada fœdus inter se, universumque populum, et regem, ut esset populus Domini.

17. Itaque ingressus est omnis populus domum Baal, et destruxerunt eam, et altaria ac simulacra illius confregerunt; Mathan quoque, sacerdotem Baal, interfecerunt ante aras.

18. Constituit autem Jojada præpositos in domo Domini sub manibus sacerdotum et Levitarum, quos distribuit David in domo Domini, ut

Digitized by Google

di Moisè, con allegrezza e con canti secondo la ordinazione di David.

19. E ordinò portieri nella casa del Signore, acciò che ogni immondo di qualunque cosa non v' entrasse.

20. E tolse i centurioni e fortissimi uomini e i prìncipi del popolo e tutto il popolo della terra; e fecero discendere il re della casa di Dio, ed entrare per mezzo della porta di sopra nella casa del re, e puoserlo nella sedia regale.

21. E tutto il popolo della terra si rallegrò, e la città sua riposò. E Atalia fu uccisa di coltello.

CAPO XXIIII.

1. Ed era Ioas di sette anni quando cominciò a regnare; e XL anni regnò in Ierusalem; il nome della madre fu Sebia di Bersabee.

offerrent holocausta Domino, sicut scriptum est in lege Moysi, in gaudio et canticis juxta dispositionem David.

19. Constituit quoque janitores in portis domus Domini, ut non ingrederetur eam immundus in omni re.

20. Assumsitque centuriones et fortissimos viros ac principes populi et omne vulgus terræ; et fecerunt descendere regem de domo Domini, et introire per medium portæ superioris in domum regis, et collocaverunt eum in solio regali.

21. Lætatusque est omnis populus terræ, et urbs quievit; porro Athalia interfecta est gladio.

CAPUT XXIV.

1. Septem annorum erat Joas cum regnare cœpisset, et quadraginta annis regnavit in Jerusalem; nomen matris ejus Sebia de Bersabee.

Digitized by Google

2. E fece bene nel cospetto di Dio, tutto il tempo di Ioiada sacerdote.

3. E tolse Ioas due moglie, delle quali generò figliuoli e figliuole.

4. Dopo le quali cose piacque a Ioas di rifare la casa di Dio.

5. E congregò sacerdoti e Leviti, e disse loro: andate a tutte le città di Giuda, e ricogliete là da tutto Israel, per riconciare il tempio, moneta; e ciò fate ogni anno, e fatel tosto. E i Leviti fecero questo negligentemente.

6. E il re di Giuda chiamò Ioiada principe, e dissegli: perchè non hai tu avuto cura di costringere i Leviti a raccogliere di Giuda [e di Ierusalem] la moneta (a restaurazione del tempio), la quale ordinoe Moisè servo di Dio, che tutta la moltitudine d' Israel la recasse nel tabernacolo del testimonio?

7. Però che Atalia empiissima, e' suoi figliuoli, disfeceno la casa (del tempio) di Dio; e di tutte

2. Fecitque, quod bonum est coram Domino, cunctis diebus Jojadæ sacerdotis.

3. Accepit autem ei Jojada uxores duas, e quibus genuit filios et filias.

4. Post quæ placuit Joas, ut instauraret domum Domini.

5. Congregavitque sacerdotes et Levitas, et dixit eis: Egredimini ad civitates Juda, et colligite de universo Israel pecuniam ad sartatecta templi Dei vestri per singulos annos, festinatoque hoc facite; porro Levitæ egere negligentius.

6. Vocavitque rex Jojadam principem, et dixit ei: Quare tibi non fuit curæ, ut cogeres Levitas inferre de Juda et de Jerusalem pecuniam, quæ constituta est a Moyse servo Domini, ut inferret eam omnis multitudo Israel in tabernaculum testimonii?

7. Athalia enim impiissima, et filii ejus destruxerunt domum Dei, et de universis, quæ sanctificata fuerant in templo Domini, ornaverunt fanum Baalim.

Digitized by Google

quelle cose, le quali erano consecrate al tempio del Signore, avea ornato il tempio di Baalim.

8. E comandò il re, e feciono una arca; e puoserla presso alla porta del Signore di fuori.

9. E fu predicato in Giuda e in Ierusalem, che ciascuno portasse al Signore quello prezzo, il quale ordinò Moisè servo di Dio sopra tutto Israel nel deserto.

10. E tutti i prìncipi e tutto il popolo si rallegrarono; ed entrando diedono e misono nell' arca del Signore, sì che fu piena.

11. Ed essendo il tempo da portare l' arca per mano de' Leviti dinanzi al re; però che vedeano (che ivi entrava) molta pecunia; entrava il notaio del re, e quello ch' era ordinato [dal] primo sacerdote; vuotavano la moneta la quale era nell' arca, e l'arca riportavano al luogo suo; e così facevano ogni dì, e fu raunata infinita pecunia.

8. Præcepit ergo rex, et fecerunt arcam; posueruntque eam juxta portam domus Domini forinsecus.

9. Et prædicatum est in Juda et Jerusalem, ut deferrent singuli pretium Domino, quod constituit Moyses servus Dei super omnem Israel in deserto.

10. Lætatique sunt cuncti principes et omnis populus, et ingressi contulerunt in arcam Domini, atque miserunt ita ut impleretur.

11. Cumque tempus esset, ut deferrent arcam coram rege per manus Levitarum (videbant enim multam pecuniam), ingrediebatur scriba regis, et quem primus sacerdos constituerat, effundebantque pecuniam, quæ erat in arca, porro arcam reportabant ad locum suum; sicque faciebant per singulos dies, et congregata est infinita pecunia.

Digitized by Google

12. La quale il re e Ioiada diedono a quelli ch'erano soprastanti all' opera della casa del Signore; e coloro di quella conduceano i maestri tagliatori di pietre, e artefici d' ogni lavorìo, a restaurare il tempio di Dio, e fabri di ferro e di metallo, acciò che quello ch' era cominciato a cadere fosse racconcio.

13. E quelli che operavano feciono con prudenza; e le rompiture delle mura veniano [chiuse] per le loro mani; e suscitarono la casa del Signore nel primo stato, e fecerla stare ferma.

14. E compiute tutte l' opere, riportoro dinanzi al re e a Ioiada tutta l' altra parte della moneta; della quale fecero fare vasa per lo tempio al ministerio dello olocausto, e ampolle, e tutte l' altre vasa d' oro e d' ariento; e offereansi nella casa di Dio gli olocausti continuamente tutto il tempo di Ioiada.

15. E Ioiada pieno di die invecchiò; ed essendo dì CXXX anni (invecchiò e) morì.

12. Quam dederunt rex et Jojada his, qui præerant operibus domus Domini, at illi conducebant ex ea cæsores lapidum et artifices operum singulorum, ut instaurarent domum Domini; fabros quoque ferri et æris, ut quod cadere cœperat fulciretur.

13. Egeruntque hi, qui operabantur industrie, et obducebatur parietum cicatrix per manus eorum, ac suscitaverunt domum Domini in statum pristinum, et firmiter eam stare fecerunt.

14. Cumque complessent omnia opera, detulerunt coram rege et Jojada reliquam partem pecuniæ, de qua facta sunt vasa templi in ministerium et ad holocausta; phialæ quoque, et cetera vasa aurea et argentea; et efferebantur holocausta in domo Domini jugiter cunctis diebus Jojadæ.

15. Senuit autem Jojada plenus dierum, et mortuus est, cum esset centum triginta annorum;

Digitized by Google

16. E seppellironlo nella città di David con esso i re, però che avea ben fatto con Israel e con la casa sua.

17. E da poi che morì Ioiada, i prìncipi di Giuda entrarono al re, e adoraronlo; il qual (era) consolato alle parole loro, consentì a loro.

18. E lasciaronlo, cioè il tempio dello Signore Iddio de' padri loro, e servirono a' boschi e agl' idoli; per la quale cagione fu fatta l' ira (di Dio) sopra Giuda e sopra Ierusalem.

19. E mandava loro i profeti, acciò che ritornassero al Signore; ma egli non gli vollero intendere.

20. Onde lo spirito di Dio uscìo a Zacaria, figliuolo di Ioiada sacerdote, il quale istette nel cospetto del popolo, e disse loro: questo dice il Signore: perchè passate voi il comandamento del Signore, la quale cosa non vi farà pro', e avete lasciato il Signore acciò che egli lasci voi?

16. sepelieruntque eum in civitate David cum regibus, eo quod fecisset bonum cum Israel, et cum domo ejus.

17. Postquam autem obiit Jojada, ingressi sunt principes Juda, et adoraverunt regem, qui delinitus obsequiis eorum acquievit eis.

18. Et dereliquerunt templum Domini Dei patrum suorum, servieruntque lucis et sculptilibus; et facta est ira contra Judam et Jerusalem propter hoc peccatum.

19. Mittebatque eis prophetas, ut reverterentur ad Dominum, quos protestantes, illi audire nolebant.

20. Spiritus itaque Dei induit Zachariam filium Jojadæ sacerdotem, et stetit in conspectu populi, et dixit eis: Hæc dicit Dominus Deus: Quare transgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit, et dereliquistis Dominum, ut derelinqueret vos?

Digitized by Google

21. Li quali raunati [contra lui] gittarono le pietre, secondo il comandamento del re, nelle case della casa di Dio.

22. E non si ricordò il re Ioas della misericordia, la quale avea fatta con esso lui Ioiada suo padre; ma uccise il suo figliuolo. Il quale morendo disse: il Signore il veggia e ricerchi.

23. E rivoluto l' anno, ascendette lo esercito di Siria contra a lui; e venne in Giuda e in Ierusalem, e uccise tutti i prìncipi del popolo, e tutta la preda mandò al re in Damasco.

24 E certo, essendo venuto piccolo numero di Sirii, il Signore diede nelle loro mani infinita moltidine, però che aveano lasciato il Signore Iddio dei padri loro; e contro a Ioas fecero vituperosi giudicii.

25. E partendosi, lasciaronlo in grande malattia; e levaronsi contra lui i servi suoi in vendetta del sangue del figliuolo di Ioiada sacerdote, e ucciserlo

21. Qui congregati adversus eum, miserunt lapides juxta regis imperium in atrio domus Domini.

22. Et non est recordatus Joas rex misericordiæ, quam fecerat Jojada pater illius secum, sed interfecit filium ejus. Qui, cum moreretur, ait: Videat Dominus et requirat.

23. Cumque evolutus esset annus, ascendit contra eum exercitus Syriæ, venitque in Judam et Jerusalem, et interfecit cunctos principes populi; universam prædam miserunt regi in Damascum.

24. Et certe, cum permodicus venisset numerus Syrorum, tradidit Dominus in manibus eorum infinitam multitudinem, eo quod dereliquissent Dominum Deum patrum suorum; in Joas quoque ignominiosa exercuere judicia.

25. Et abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis; surrexerunt autem contra eum servi sui in ultionem sanguinis filii Jojadæ sacerdotis, et occiderunt eum in lectulo suo, et mortuus est; sepelieruntque eum in civitate David, sed non in sepulcris regum.

Digitized by Google

in su il letto suo; e seppellironlo nella città di David, ma non nelle sepolture dei re.

26. E puosergli agguati Zabad figliuolo di Semmaat Ammanitide, e Iozabad figliuolo di Semarit di Moab.

27. E i suoi figliuoli, e la somma della pecunia la qual era congregata al suo tempo, e la restaurazione della casa di Dio, sono scritte più diligentemente nel libro de' re; e (dopo lui) regnò per lui Amasia suo figliuolo.

CAPO XXV.

1. Era Amasia, quando incominciò a regnare, di XXV anni; e XXVIIII anni regnò in Ierusalem; il nome della madre fu Ioadan di Ierusalem.

2. E fece bene nel cospetto di Dio, ma non con perfetto cuore.

26. Insidiati vero sunt ei Zabad, filius Semmaath Ammanitidis, et Jozabad, filius Semarith Moabitidis.

27. Porro filii ejus, ac summa pecuniæ, quæ adunata fuerat sub eo, et instauratio domus Dei scripta sunt diligentius in Libro regum; regnavit autem Amasias filius ejus pro eo.

CAPUT XXV.

1. Viginti quinque annorum erat Amasias, cum regnare cœpisset, et viginti novem annis regnavit in Jerusalem, nomen matris ejus Joadan de Jerusalem.

2. Fecitque bonum in conspectu Domini; verumtamen non in corde perfecto.

Digitized by Google

3. E vedendosi fortificato nello imperio, uccise i servi i quali aveano morto il re suo padre.

4. Ma i loro figliuoli non uccise, secondo che è scritto nella legge di Moisè, dove comandò il Signore, dicendo: non saranno morti i padri per gli figliuoli, nè i figliuoli per gli padri, ma ciascuno muorrà nel suo peccato.

5. E congregò Amasia Giuda, e ordinogli per famiglie e per tribuni e per centurioni per tutto Giuda e Beniamin; e annumerogli da XX anni in suso, e trovò CCC milia giovani da uscire a battaglia, che portassero lancia e scudo.

6. E di Israel condusse al soldo centomilia d' uomini robusti, per cento talenti d' ariento.

7. E venne a lui uno uomo di Dio, e disse: o re, non venga teco lo esercito d' Israel; però che il Signore non è con Israel, e con tutti i figliuoli di Efraim.

3. Cumque roboratum sibi videret imperium, jugulavit servos, qui occiderant regem patrem suum,

4 sed filios eorum non interfecit, sicut scriptum est in Libro legis Moysi, ubi præcepit Dominus, dicens: Non occidentur patres pro filiis, neque filii pro patribus suis, sed unusquisque in suo peccato morietur.

5. Congregavit igitur Amasias Judam, et constituit eos per familias, tribunosque et centuriones in universo Juda et Benjamin, et recensuit a viginti annis supra, invenitque trecenta milia juvenum, qui egrederentur ad pugnam, et tenerent hastam et clypeum.

6. Mercede quoque conduxit de Israel centum millia robustorum, centum talentis argenti.

7. Venit autem homo Dei ad illum, et ait: O rex, ne egrediatur tecum exercitus Israel, non est enim Dominus cum Israel, et cunctis filiis Ephraim:

Digitized by Google

8. E se tu crederai che le battaglie istiano in fortezza di esercito, il Signore farà che tu sarai vinto da' nemici; però che aiutare e fare fuggire è di Dio.

9. E disse Amasia all' uomo di Dio: che si farà de' C talenti, li quali io hoe dati ai cavalieri d' Israel? E l' uomo di Dio gli rispose: il Signore hae onde ello ti possa dare molto più che questi.

10. Onde che Amasia partì lo esercito, il quale era venuto a lui di Efraim, acciò che si ritornasse al luogo suo; e quelli irati fortemente [contra Giuda] ritornàronsene nella terra sua.

11. E Amasia con fidanza trasse il popolo suo, e andossene nella valle delle Saline, e uccise X milia de' figliuoli di Seir.

12. E altri X milia ne presero i figliuoli di Giuda, e menarongli ad uno straboccatoio d' uno sasso, e gittarongli tutti di sommo, i quali tutti (ischiopparono e) creparono.

8. quodsi putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet Deus ab hostibus: Dei quippe est et adjuvare, et in fugam convertere.

9. Dixitque Amasias ad hominem Dei: Quid ergo fiet de centum talentis, quæ dedi militibus Israel? Et respondit ei homo Dei: Habet Dominus, unde tibi dare possit multo his plura.

10. Separavit itaque Amasias exercitum, qui venerat ad eum ex Ephraim, ut reverteretur in locum suum; at illi, contra Judam vehementer irati, reversi sunt in regionem suam.

11. Porro Amasias confidenter eduxit populum suum, et abiit in Vallem salinarum, percussitque filios Seir decem millia.

12. Et alia decem millia virorum ceperunt filii Juda, et adduxerunt ad præruptum cujusdam petræ, præcipitaveruntque eos de summo in præceps, qui universi crepuerunt.

Digitized by Google

13. E quello esercito, che Amasia avea lasciato che non andasse con lui alla battaglia, si sparse per le città di Giuda, di Samaria insino a Beteron; e ucciserne tremilia, e menarono grandissima preda.

14. E Amasia dopo la sconfitta degli Idumei, e portatosi gl' iddii de' figliuoli di Seir, fecesi di quegli iddii, e adoravagli, e a loro offeriva incenso.

15. Per la quale cosa irato il Signore contra Amasia, mandò a lui uno profeta, il quale gli disse: perchè hai tu adorati quegl' iddii, i quali non liberarono il popolo suo delle tue mani?

16. E dicendo egli questo, rispose: se' tu consigliere del re? istà in pace, acciò ch' io non t' uccida. E partendosi il profeta, disse: io so che il Signore hae pensato d' ucciderti, il quale hai fatto questo male, e sopra questo non hai acconsentito il mio consiglio.

17. E Amasia re di Giuda, fatto uno pessimo consiglio, mandò a Ioas figliuolo di Ioacaz figliuolo

13. At ille exercitus, quem remiserat Amasias, ne secum iret ad prœlium, diffusus est in civitatibus Juda a Samaria usque ad Bethoron, et interfectis tribus millibus, diripuit prædam magnam.

14. Amasias vero, post cædem Idumæorum et allatos deos filiorum Seir, statuit illos in deos sibi, et adorabat eos, et illis adolebat incensum.

15. Quam ob rem iratus Dominus contra Amasiam misit ad illum prophetam, qui diceret ei: Cur adorasti deos, qui non liberaverunt populum suum de manu tua?

16. Cumque hæc ille loqueretur, respondit ei: Num consiliarius regis es? quiesce, ne interficiam te. Discedensque propheta, Scio, inquit', quod cogitaverit Deus occidere te, quia fecisti hoc malum, et insuper non acquievisti consilio meo.

17. Igitur Amasias, rex Juda, inito pessimo consilio, misit ad Joas, filium Joachaz, filii Jehu, regem Israel, dicens: Veni, videamus nos mutuo.

Digitized by Google

di Ieu, re d' Israel, dicendo: vieni, e vediamoci insieme.

18. E colui rimandò i nuncii, dicendo: il cardo, il quale è nel Libano, mandò al cedro del Libano, dicendo: dà la tua figliuola per moglie al mio figliuolo; ed ecco, che le bestie, le quali erano nel bosco, passarono e conculcarono lo cardo.

19. Tu hai detto: io percossi Edom, e perciò si leva il tuo cuore in superbia; siedi in casa tua; perchè provochi tu il male, perchè cada tu, e Giuda con esso teco?

20. E non volse Amasia intenderlo, però ch' era volontà di Dio, che fosse dato nelle mani de' nemici, per cagione degl' iddii di Edom.

21. E andò Ioas re d' Israel, e viddero l' uno l' altro; e Amasia, re di Giuda, era in Betsames di Giuda.

22. E cadde Giuda dinanzi ad Israel, e fuggirono alle case loro.

11. Et concinebant in hymnis et confessione Domino: Quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus super Israel. Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum, eo quod fundatum esset templum Domini.

12. Plurimi etiam de sacerdotibus et Levitis, et principes patrum, et seniores, qui viderant templum prius, cum fundatum esset, et hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna; et multi, vociferantes in lætitia, elevabant vocem.

Digitized by Google

agli occhii loro, piagneano con voci alte; e molti gridando con allegrezza, levavano le loro voci.

13. E non potea persona conoscere la voce del popolo che piagnea, e di quelli che si rallegravano; però che mescolatamente il popolo gridava con grande rumore, e la voce s' udiva da lungi.

CAPO IIII.

1. E udirlo gli nemici di Giuda e di Beniamin, che i figliuoli della prigione edificavano il tempio al Signore Iddio d' Israel.

2. E andaronsene a Zorobabel, e a' prìncipi dei padri loro, e dissero: edifichiamo insieme, però che noi cerchiamo, come voi, il vostro Iddio; ecco che noi sacrifichiamo le vittime dal tempo di Asor Addan re di Assur, il quale ci menò quiritta.

3. E Zorobabel e Iosue dissero loro, e tutti i prìncipi di padri d' Israel: non è cosa comune a voi

13. Nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris lætantium et vocem fletus populi; commixtim enim populus vociferabatur clamore magno, et vox audiebatur procul.

CAPUT IV.

1. Audierunt autem hostes Judæ et Benjamin, quia filii captivitatis ædificarent templum Domino Deo Israel,

2. et accedentes ad Zorobabel, et ad principes patrum, dixerunt eis: Aedificemus vobiscum, quia ita ut vos, quærimus Deum vestrum: ecce nos immolavimus victimas a diebus Asor Haddan, regis Assur, qui adduxit nos huc.

3. Et dixit eis Zorobabel et Josue, et reliqui principes patrum Israel: Non est vobis et nobis, ut ædificemus domum Deo nostro, sed nos ipsi soli ædificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis Cyrus rex Persarum.

Digitized by Google

e a noi, che edifichiamo casa al nostro Iddio, ma noi soli edifichiamo casa al nostro Signore Iddio, siccome ci comandò Ciro re di Persia.

4. E così intervenne che il popolo della terra istroppiò il popolo di Giuda, e turbollo in edificare.

5. E condussero contra di loro consiglieri, acciò ch' egli isconciassero il consiglio loro tutto il tempo di Ciro re de' Persi, insino al regno di Dario re de' Persi.

6. Nel principio del regno di Assuero (il qual è Artaserse) scrissero accusazioni contro agli abitatori di Ierusalem e di Giuda.

7. E nel tempo di Artaserse scrisse Beselam Mitridate e Tabeel, e tutti gli altri i quali erano nel consiglio loro, ad Artaserse re de' Persi; e la lettera della accusazione era scritta in lingua Sira, e leggeasi in Siro sermone.

8. Reum Beelteem e Samsai scriba scrissono così fatta lettera di Ierusalem ad Artaserse re:

4. Factum est igitur, ut populus terræ impediret manus populi Judæ, et turbaret eos in ædificando.

5. Conduxerunt autem adversus eos consiliatores, ut destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum, et usque ad regnum Darii regis Persarum.

6. In regno autem Assueri, in principio regni ejus, scripserunt accusationem adversus habitatores Judæ et Jerusalem.

7. Et in diebus Artaxerxis scripsit Beselam Mithridates, et Thabeel, et reliqui, qui erant in consilio eorum, ad Artaxerxem regem Persarum; epistola autem accusationis scripta erat syriace, et legebatur sermone syro.

8. Reum Beelteem, et Samsai scriba scripserunt epistolam unam de Jerusalem Artaxerxi regi, hujusmodi:

Digitized by Google

9. Reum Beelteem e Samsai scriba, e tutti i loro consiglieri, Dinei e Afarsatachei e Terfalei, Afarsei, Ercuei, Babilonei, Susanecei, Dievi, Elamiti,

10. e tutti gli altri delle genti, le quali traslatoe Asenafar grande e glorioso, e fecele abitare nelle città di Samaria, e in tutte l' altre contrade oltre al fiume in pace;

11. e questo è lo esempio della epistola la quale mandarono a lui; ad Artaserse re, i tuoi servi, i quali sono oltre al fiume, dicono salute.

12 Sia manifesto al re, che i giudei i quali ascenderono da te a noi, sono venuti in Ierusalem, la città ribelle e pessima, la quale edificano, con mura componendo e con pareti.

13. Or sia manifesto al re, che se quella città è edificata, e rifatte le sue mura, i tributi, il debito e le rendite annuali non le daranno; e questo danno perverrà insino al re.

9. Reum Beelteem, et Samsai scriba, et reliqui consiliatores eorum, Dinæi, et Apharsathachæi, Terphalæi, Apharsæi, Erchuæi, Babylonii, Susanechæi, Dievi, et Aelamitæ,

10. et ceteri de gentibus, quas transtulit Asenaphar magnus et gloriosus, et habitare eas fecit in civitatibus Samariae, et in reliquis regionibus trans flumen in pace.

11 (Hoc est exemplar epistolæ, quam miserunt ad eum) Artaxerxi regi, servi tui, viri qui sunt trans fluvium, salutem dicunt.

12. Notum sit regi, quia Judæi, qui ascenderunt a te ad nos, venerunt in Jerusalem civitatem rebellem et pessimam, quam ædificant exstruentes muros ejus, et parientes componentes.

13. Nunc igitur notum sit regi, quia, si civitas illa ædificata fuerit, et muri ejus instaurati, tributum et vectigal et annuos reditus non dabunt: et usque ad reges hæc noxa perveniet.

Digitized by Google

14. Onde noi ricordiamoci del sale, il quale noi mangiammo nel palagio, e che non è lecito di vedere il danno del re; e però abbiamo mandato e significato al re,

15. acciò che tu cerchi ne' libri delle istorie dei padri tuoi; e troverai scritto nelle antichità, e saprai che quella città ribelle è nociva al re e alle provincie, e in quella sono suscitate battaglie d' antico tempo; per la quale cosa quella città è disfatta.

16. Noi annunciamo al re, però che se quella città sarà rifatta, e ristaurate le sue mura, tu non avrai possessione oltre il fiume.

17. E il re mandò ambasciata a Reum Beelteem, e a Samsai scriba, e a tutti gli altri i quali erano nel loro consiglio, abitatori di Samaria, e a tutti gli altri oltre il fiume, salutandogli in pace.

18. La accusazione, la quale voi mandaste a noi, manifestamente fu letta nel mio cospetto.

14. Nos autem memores salis, quod in palatio comedimus, et quia læsiones regis videre, nefas ducimus, idcirco misimus et nuntiavimus regi,

15 ut recenseas in libris historiarum patrum tuorum: et invenies scriptum in commentariis, et scies, quoniam urbs illa, urbs rebellis est, et nocens regibus et provinciis, et bella concitantur in ea ex diebus antiquis: quam ob rem et civitas ipsa destructa est.

16. Nuntiamus nos regi, quoniam, si civitas illa ædificata fuerit, et muri ipsius instaurati, possessionem trans fluvium non habebis.

17. Verbum misit rex ad Reum Beelteem, et Samsai scribam, et ad reliquos, qui erant in consilio eorum, habitatores Samariæ, et ceteris trans fluvium, salutem dicens et pacem.

18. Accusatio, quam misistis ad nos, manifeste lecta est coram me,

Digitized by Google

19. E per me fu comandato; e fu trovato che da tempi antichi quella città fu ribelle al re, e che battaglie e tradimenti sono concitati in quella;

20. e che re fortissimi sono [stati] in Ierusalem, i quali signoreggiarono tutta la provincia la quale è di là dal fiume, e che ricevevano tributo e doni e rendite.

21. E però intendete ora la sentenza: che voi contraddiciate a quelli uomini, che quella città non si edifichi, insino a tanto che fosse comandato da me.

22. E vedete che questo non formate negligentemente, e cresca a poco [a poco] il male contra il re.

23. E l' esempio del comandamento di Artaserse re fu letto nel cospetto di Reum Beelteem e Samsai scriba e loro consiglieri; e andarono di fretta in Ierusalem a' Giudei, e vietarono loro l' opera con braccio e con fortezza.

19. et a me præceptum est: et recensuerunt, inveneruntque, quoniam civitas illa a diebus antiquis adversum reges rebellat, et seditiones et prælia concitantur in ea:

20. nam et reges fortissimi fuerunt in Jerusalem, qui et dominati sunt omni regioni, quæ trans fluvium est: tributum quoque et vectigal, et reditus accipiebant.

21. Nunc ergo audite sententiam: Prohibeatis viros illos, ut urbs illa non ædificetur, donec si forte a me jussum fuerit.

22. Videte, negligenter hoc impleatis, et paulatim crescat malum contra reges.

23. Itaque exemplum edicti Artaxerxis regis lectum est coram Reum Beelteem, et Samsai scriba, et consiliariis eorum; et abierunt festini in Jerusalem ad Judæos, et prohibuerunt eos in brachio et robore.

Digitized by Google

24. E allotta fu intralasciata l' opera della casa di Dio in Ierusalem, e non si fece più insino al secondo anno del regno di Dario re de' Persi.

CAPO V.

1. E profetarono Aggeo profeta e Zacaria figliuolo di Addo, profetando ai Giudei i quali erano in Giuda e in Ierusalem, nel nome di Dio d' Israel.

2. E allora si levarono Zorobabel figliuolo di Salatiel e Iosue figliuolo di Iosedec, e cominciarono a edificare il tempio di Dio in Ierusalem, e con esso loro i profeti di Dio aiutando loro.

3. E in quello tempo venne a loro Tatanai, il quale era capitano oltre il fiume, e Starbuzanai e' suoi consiglieri, e dissero loro così: chi v' ha dato il consiglio', che voi edifichiate questa casa, e che voi rifaceste le mura?

24. Tunc intermissum est opus domus Domini in Jerusalem, et non fiebat usque ad annum secundum regni Darii, regis Persarum.

CAPUT V.

1. Prophetaverunt autem Aggæus propheta, et Zacharias filius Addo, prophetantes ad Judæos, qui erant in Judæa et Jerusalem, in nomine Dei Israel.

2. Tunc surrexerunt Zorobabei filius Salathiel, et Josue filius Josedec, et cœperunt ædificare templum Dei in Jerusalem, et cum eis prophetæ Dei adjuvantes eos.

3. In ipso autem tempore venit ad eos Thathanai, qui erat dux trans flumen, et Stharbuzanai, et consiliarii eorum, sicque dixerunt eis: Quis dedit vobis consilium, ut domum hanc ædificaretis, et muros ejus instauraretis?

Digitized by Google

4. Alla quale [domanda] noi respondemmo loro, quali fossero i nomi di coloro ch' erano fattori di quella opera.

5. E l' occhio d' Iddio loro fu fatto sopra gli antichi de' Giudei; e non poterono contraddire. E piacque che questa cosa fosse rapportata a Dario (re), e allora satisfarebbono della accusazione.

6. L' esempio della lettera, che mandoe Tatanai, capitano delle parti oltre il fiume, e Starbuzanai e' loro consiglieri Arfasachei, i quali erano oltre al fiume, al re Dario.

7. Il sermone il quale gli mandoro (scritto) era scritto così: a Dario re ogni pace.

8. Sia manifesto al re, che noi siamo andati in Giudea, alla casa del grande Iddio, la quale si è edificata di pietre non polite, e pongonsi le legna nelle mura; e fassi quello lavorìo diligentemente, e cresce tra le sue mani.

4. Ad quod respondimus eis, quæ essent nomina hominum auctorum ædificationis illius.

5. Oculus autem Dei eorum factus est super senes Judæorum; et non potuerunt inhibere eos. Placuitque, ut res ad Darium referretur, et tunc satisfacerent adversus accusationem illam.

6. Exemplar epistolæ, quam misit Thathanai dux regionis trans flumen, et Stharbuzanai, et consiliatores ejus Arphasachæi, qui erant trans flumen, ad Darium regem.

7. Sermo, quem miserant ei, sic scriptus erat: Dario regi pax omnis.

8. Notum sit regi, isse nos ad Judæam provinciam, ad domum Dei magni, quæ ædificatur lapide impolito, et ligna ponuntur in parietibus, opusque illud diligenter exstruitur, et crescit in manibus eorum.

Digitized by Google

9. Noi domandammo quelli vecchii, e dicemmo loro così: chi v' ha data podestà, che voi edificate questa casa e rifacciate le mura?

10. E domandammo di loro e de' loro nomi, per significarlo; e abbiamo scritti i nomi loro di quelli che sono principi loro.

11. Ed egli ci respuosono così fatto sermone: noi siamo servi di Dio del cielo e della terra, e rifacemo il tempio il quale, innanzi a questi anni molto, fu edificato dal grande re d' Israel e fatto.

12. E da poi che i nostri padri provocarono ad ira Iddio di cielo, egli diede loro nelle mani di Nabucodonosor re di Babilonia Caldeo, e disfece questa casa, e il suo popolo traslatoe in Babilonia.

13. Ma nel primo anno di Ciro re di Babilonia, il re Ciro puose il comandamento, che la casa di Dio fosse riedificata.

14. E le vasa del tempio d' oro e d' ariento, le quali Nabudonosor avea tolte del tempio il quale era

9. Interrogavimus ergo senes illos, et ita diximus eis: Quis dedit vobis potestatem, ut domum hanc ædificaretis, et muros hos instauraretis?

10. Sed et nomina eorum quæsivimus ab eis, ut nuntiaremus tibi; scripsimusque nomino eorum virorum, qui sunt principes in eis.

11. Hujuscemodi autem sermonem responderunt nobis, dicentes: Nos sumus servi Dei cæli et terræ, et ædificamus templum, quod erat exstructum ante hos annos multos, quodque rex Israel magnus ædificaverat, et exstruxerat.

12. Postquam autem ad iracundiam provocaverunt patres nostri Deum cæli, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldæi, domum quoque hanc destruxit, et populum ejus transtulit in Babylonem.

13. Anno autem primo Cyri regis Babylonis, Cyrus rex proposuit edictum, ut domus Dei hæc ædificaretur.

14. Nam et vasa templi Dei aurea et argentea, quæ Nabu-

Digitized by Google

in Ierusalem, e aveale portate nel tempio di Babilonia, Ciro re le tolse del tempio di Babilonia, e furono date a Sassabasar, il quale egli fece capitano.

15. E disse a lui: togli queste vasa, e vattene, e ponle nel tempio (di Dio) il quale è in Ierusalem.

. . . . . .

16. . . . . .

. . . . . .

e da quello tempo in qua si è lavorato, e non è compiuto.

17. Ora se al re pare buono, cerchi nella biblioteca del re, la quale è in Babilonia, se fu comandato dal re Ciro, che la casa di Dio fosse edificata in Ierusalem; e sopra questo mandi il re a noi la sua volontà.

chodonosor tulerat de templo, quod erat in Jerusalem, et asportaverat ea in templum Babylonis, protulit Cyrus rex de templo Babylonis, et data sunt Sassabasar vocabulo, quem et principem constituit,

15. dixitque ei: Hæc vasa tolle, et vade, et pone ea in templo, quod est in Jerusalem: et domus Dei ædificetur in loco suo.

16. Tunc itaque Sassabasar ille venit et posuit fundamenta templi Dei in Jerusalem, et ex eo tempore usque nunc ædificatur, et necdum completum est.

17. Nunc ergo, si videtur regi bonum, recenseat in bibliotheca regis, quæ est in Babylone, utrumnam a Cyro rege jussum fuerit, ut ædificaretur domus Dei in Jerusalem: et voluntatem regis super hac re mittat ad nos.

Digitized by Google

CAPO VI.

1. Allora il re Dario comandò; e cercarono nell' armario de' libri, i quali erano riposti in Babilonia.

2. E fu trovato in Ecbatanis, il quale è castello nella provincia di Medena, uno libro nel quale era questa scrittura.

3. Nel primo anno di Ciro re, il re Ciro comandò che la casa di Dio, la quale è in Ierusalem, fosse riedificata nel luogo dove egli offeriscono ostie, e che pongano i fondamenti che portino altezza di sessanta cubiti, e larghezza di sessanta cubiti,

4. ordini di pietre non polite tre, e così (ordinò) ordini di legni nuovi; e la spesa si darà della casa del re.

5. E anco le vasa del tempio, d' oro e d' ariento,

CAPUT VI.

1. Tunc Darius rex præcepit; et recensuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone,

2. et inventum est in Ecbatanis, quod est castrum in Medena provincia, volumen unum; talisque scriptus erat in eo commentarius:

3. Anno primo Cyri regis, Cyrus rex decrevit, ut domus Dei ædificaretur, quæ est in Jerusalem, in loco, ubi immolent hostias, et ut ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta, et latitudinem cubitorum sexaginta,

4. ordines de lapidibus impolitis tres, et sic ordines de lignis novis; sumtus autem de domo regis dabuntur.

5. Sed et vasa templi Dei aurea et argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo Jerusalem, et attulerat ea in Babylonem, reddantur, et referantur in templum in Jerusalem in locum suum. Quæ et posita sunt in templo Dei.

Digitized by Google

le quali Nabucodonosor avea tolte del tempio di Ierusalem, e aveale portate in Babilonia, siano rendute, e riportate al tempio di Ierusalem nel luogo suo, le quali fiano poste nel tempio di Dio.

6. Onde ora Tatanai capitano del paese oltre il fiume, Starbuzanai e' vostri consiglieri Arfasachei, i quali siete oltre il fiume, addilungatevi da loro.

7. E lasciate fare il tempio di Dio al capitano de' Giudei e a' vecchii loro, ed edificare quella casa di Dio nel suo luogo.

8. E anco da me è comandato quello che i loro sacerdoti debbano fare, cioè che loro edifichino la casa di Dio, e che dell' arca [del re], cioè de' tributi i quali si dànno dalla parte oltre il fiume, istudiosamente siano date le spese a quelli uomini, acciò che il lavorìo non sia istorpiato.

9. E se bisogno sarà, vitelli, agnelli e capretti per lo olocausto a Dio del cielo, grano, sale, vino, olio, secondo il modo de' sacerdoti i quali sono in Ierusalem, sia dato loro per ciascuno dì, acciò che in nulla cosa sia difetto.

6. Nunc ergo Thathanai dux regionis, quæ est trans flumen, Stharbuzanai, et consiliarii vestri Arphasachæi, qui estis trans flumen, procul recedite ab illis,

7. et dimittite fieri templum Dei illud a duce Judæorum, et a senioribus eorum, ut domum Dei illam ædificent in loco suo.

8. Sed et a me præceptum est, quid oporteat fieri a presbyteris Judæorum illis, ut ædificetur domus Dei, scilicet ut de arca regis, id est, de tributis, quæ dantur de regione trans flumen, studiose sumtus dentur viris illis, ne impediatur opus.

9. Quodsi necesse fuerit, et vitulos, et agnos, et hœdos in holocaustum Deo cæli, frumentum, sal, vinum et oleum, secundum ritum sacerdotum, qui sunt in Jerusalem, detur eis per singulos dies, ne sit in aliquo querimonia.

Digitized by Google

10. E offerano oblazioni a Dio del cielo, e adorino per la vita del re e de' suoi figliuoli.

11. Adunque da me è posto questo comandamento, che ciascuno che impedirà questo comandamento, sia tolto il legno della casa sua, e dirizzato, sia conficcato in esso; e la sua casa sia publicata.

12. E Iddio, il quale fece abitare ivi il suo nome, dissipi tutti i reami e ogni popolo il quale estenderà la sua mano per dissipare quella casa di Dio la quale è in Ierusalem. Io Dario hoe fatto il comandamento, il quale voglio che studiosamente sia obbedito.

13. E però Tatanai, capitano del paese oltre il fiume, e Starburzanai e' i suoi consiglieri, sì come comandò Dario feceno diligentemente.

14. E i capi de' Giudei edificarono, prosperando, secondo la profezia di Aggeo profeta e [di] Zacaria figliuolo di Addo; edificarono (e fecero) comandando Iddio d' Israel, e comandando Ciro e Dario e Artaserse re de' Persi.

10. Et offerant oblationes Deo cæli, orentque pro vita regis et filiorum ejus.

11. A me ergo positum est decretum: Ut omnis homo, qui hanc mutaverit jussionem, tollatur lignum de domo ipsius, et erigatur, et configatur in eo, domus autem ejus publicetur.

12. Deus autem, qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnia regna et populum, qui extenderit manum suam, ut repugnet, et dissipet domum Dei illam, quæ est in Jerusalem. Ego Darius statui decretum, quod studiose impleri volo.

13. Igitur Thathanai dux regionis trans flumen, Stharbuzanai, et consiliarii ejus, secundum quod præceperat Darius rex, sic diligenter executi sunt.

14. Seniores autem Judæorum ædificabant et prosperabantur juxta prophetiam Aggæi prophetæ, et Zachariæ, filii Addo, et ædificaverunt, jubente Deo Israel, et jubente Cyro et Dario et Artaxerxe, regibus Persarum;

Digitized by Google

15. E fornirono questa casa di Dio, insino al terzo dì del mese Adar, il quale è il sesto anno del regno del re Dario.

16. E feciono i figliuoli d' Israel, sacerdoti e Leviti, e tutti gli altri figliuoli della transmigrazione, la consacrazione della casa di Dio con allegrezza.

17. E offerirono, nella consacrazione della casa di Dio, cento vitelli, ducento montoni, quattrocento agnelli, becchi di capre per lo peccato di tutto Israel XII, secondo il numero delle tribù d' Israel.

18. E istettero i sacerdoti negli ordini suoi, e i Leviti secondo le mute loro, sopra l' opere di Dio in Ierusalem, sì come è scritto nel libro di Moisè.

19. E feciono i figliuoli [d' Israel] della transmigrazione, pasqua il XIIII dì del primo mese.

20. Però che i sacerdoti e i Leviti erano purificati tutti quasi uno; mondi ad offerire la pasqua a tutti i figliuoli della transmigrazione, e a' loro fratelli sacerdoti, e a sè.

15. et compleverunt domum Dei istam, usque ad diem tertium mensis Adar, qui est annus sextus regni Darii regis.

16. Fecerunt autem filii Israel, sacerdotes et Levitæ, et reliqui filiorum transmigrationis, dedicationem domus Dei in gaudio.

17. Et obtulerunt in dedicationem domus Dei, vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato totius Israel duodecim, juxta numerum tribuum Israel.

18. Et statuerunt sacerdotes in ordinibus suis, et Levitas in vicibus suis super opera Dei in Jerusalem, sicut scriptum est in libro Moysi.

19. Fecerunt autem filii Israel transmigrationis, Pascha, quartadecima die mensis primi.

20. Purificati enim fuerant sacerdotes et Levitæ quasi unus; omnes mundi ad immolandum pascha universis filiis transmigrationis, et fratribus suis sacerdotibus et sibi.

Digitized by Google

21. E mangiarono i figliuoli d' Israel, i quali erano ritornati della transmigrazione, e tutti quelli che s' erano partiti dalla coinquinazione delle genti della terra a loro, per cercare il Signore Iddio d' Israel.

22. E fecero la solennità dell' azimo sette dì con letizia, però che il Signore gli avea letificati, e avea convertito il cuore del re di Assur a loro, [per] aiutare le loro mani nell' opera della casa di Dio d' Israel.

CAPO VII.

1. Dopo queste cose nel regno di Artaserse re de' Persi, Esdra figliuolo di Saraia, figliuolo di Azaria, figliuolo di Elcia,

2. figliuolo di Sellum, figliuolo di Sadoc, figliuolo di Achitob,

3. figliuolo di Amaria, figliuolo di Azaria, figliuolo di Maraiot,

21. Et comederunt filii Israel, qui reversi fuerant de transmigratione, et omnes, qui se separaverant a coinquinatione gentium terræ ad eos, ut quærerent Dominum Deum Israel.

22. Et fecerunt solemnitatem azymorum septem diebus in lætitia, quoniam lætificaverat eos Dominus, et converterat cor regis Assur ad eos, ut adjuvaret manus eorum in opere domus Domini Dei Israel.

CAPUT VII.

1. Post hæc autem verba in regno Artaxerxis, regis Persarum, Esdras filius Sarajæ, filii Azariæ, filii Helciæ,

2. filii Sellum, filii Sadoc, filii Achitob,

3. filii Amariæ, filii Azariæ, filii Marajoth,

Digitized by Google

4. figliuolo di Zaraia, figliuolo di Ozi, figliuolo di Bocci,

5. figliuolo di Abisue, figliuolo di Finees, figliuolo di Eleazar, figliuolo di Aaron sacerdote dal cominciamento;

6. questo Esdra ascendeo di Babilonia, ed egli è scrivano velocissimo nella legge di Moisè, la quale gli diede il Signore Iddio d' Israel: e 'l re gli diede, secondo la mano di Dio sopra di lui, la sua petizione.

7. E ascenderono de' figliuoli d' Israel, de' figliuoli de' sacerdoti e de' figliuoli de' Leviti e de' cantori e de' portieri e de' Natinei in Ierusalem, nel settimo anno del re Artaserse.

8. E vennero in Ierusalem nel quinto mese; questo è il settimo anno del re.

9. Ed egli il primo dì del primo mese cominciò ad ascendere di Babilonia; e il primo dì del quinto mese venne in Ierusalem, secondo la mano buona del suo Iddio sopra sè.

4. filii Zarahiæ, filii Ozi, filii Bocci,

5. filii Abisue, filii Phinees, filii Eleazar, filii Aaron sacerdotis ab initio.

6. Ipse Esdras ascendit de Babylone, et ipse scriba velox in lege Moysi, quam Dominus Deus dedit Israel, et dedit ei rex, secundum manum Domini Dei ejus super eum, omnem petitionem ejus.

7. Et ascenderunt de filiis Israel et de filiis sacerdotum, et de filiis Levitarum, et de cantoribus, et de janitoribus, et de Nathinæis in Jerusalem anno septimo Artaxerxis regis,

8. Et venerunt in Jerusalem mense quinto, ipse est annus septimus regis,

9. quia in primo die mensis primi cœpit ascendere de Babylone, et in primo die mensis quinti venit in Jerusalem, juxta manum Dei sui bonam super se.

Digitized by Google

10. Ed Esdra apparecchiò il suo cuore a investigare la legge di Dio, acciò che la facesse, e insegnasse in Israel il comandamento e il giudicio.

11. E questo è lo esempio della lettera del comandamento, il quale diede il re Artaserse a Esdra sacerdote, scriba ammaestrato ne' sermoni e ne' comandamenti del Signore, e nelle sue cerimonie in Israel.

12. Artaserse re de' re ad Esdra sacerdote, scriba della legge di Dio del cielo dottissimo, salute.

13. Da me è ordinato, che a qualunque del popolo d' Israel nel mio reame piaccia, e de' sacerdoti suoi e Leviti, andare in Ierusalem, vada con esso teco.

14. Però che tu se' mandato dal cospetto del re e de' sette suoi consiglieri, acciò che tu visiti Giudea e Ierusalem nella legge del tuo Iddio, la quale è nelle tue mani,

15. e acciò che tu porti l' ariento e l' oro, il quale il re e' suoi consiglieri hanno volontariamente

10. Esdras enim paravit cor suum, ut investigaret legem Domini, ut faceret et doceret in Israel præceptum et judicium.

11. Hoc est autem exemplar epistolæ edicti, quod dedit rex Artaxerxes Esdræ sacerdoti, scribæ erudito in sermonibus et præceptis Domini, et cæremoniis ejus in Israel:

12. Artaxerxes, rex regum, Esdræ sacerdoti, scribæ legis Dei cæli doctissimo, salutem.

13. A me decretum est, ut cuicumque placuerit in regno meo de populo Israel, et de sacerdotibus ejus, et de Levitis ire in Jerusalem, tecum vadat.

14. A facie enim regis, et septem consiliatorum ejus missus es, ut visites Judæam et Jerusalem in lege Dei tui, quæ est in manu tua:

15. et ut feras argentum et aurum, quod rex, et consiliatores ejus sponte obtulerunt Deo Israel, cuius in Jerusalem tabernaculum est.

Digitized by Google

offerto allo Iddio d' Israel, il tabernacolo del quale è in Ierusalem.

16. E tutto l' oro e l' ariento, tutto quello che tu troverai, il quale il popolo vorria donare, in tutta la provincia di Babilonia, e de' sacerdoti i quali volontariamente vorranno offrire alla casa del loro Iddio, la quale è in Ierusalem,

17. istudiosamente e liberamente il tolli, e di questa pecunia compera montoni, vitelli, agnelli e sacrificii e' suoi libamenti, e òfferili sopra l' altare del tempio del vostro Iddio, il quale è in Ierusalem.

18. E ciò che a te e a' tuoi fratelli piacerà di fare dell' oro e dell' ariento che avanzerà, fatelo, acciò che voi facciate secondo la volontà del vostro Iddio.

19. E le vasa, che ti si daranno per lo ministerio del tempio dello Iddio tuo, dàlle nel cospetto di Dio in Ierusalem.

20. E tutte l' altre cose, che faranno bisogno nella casa del Dio tuo, quantunque sarà bisogno di spendere, darai de' tesori e del fisco del re.

16. Et omne argentum et aurum, quodcumque inveneris in universa provincia Babylonis, et populus offerre voluerit, et de sacerdotibus, quæ sponte obtulerint domui Dei sui, quæ est in Jerusalem,

17. libere accipe, et studiose eme de hac pecunia vitulos, arietes, agnos et sacrificia et libamina eorum, et offer ea super altare templi Dei vestri, quod est in Jerusalem.

18. Sed et, si quid tibi et fratribus tuis placuerit de reliquo argento et auro, ut faciatis, juxta voluntatem Dei vestri, facite.

19. Vasa quoque, quæ dantur tibi in ministerium domus Dei tui, trade in conspectu Dei in Jerusalem.

20. Sed et cetera, quibus opus fuerit in domum Dei tui, quantumcumque necesse est ut expendas, dabitur de thesauro et de fisco regis,

Digitized by Google

21. E da me, Artaserse re, è ordinato (e stabilito) e comandato a tutti i guardiani dell' arca pubblica, i quali sono oltre il fiume, che ciò che Esdra sacerdote, e scriba della legge di Dio del cielo, domanderà a voi, senza dimoranza gli dobbiate dare,

22. [insino a] cento talenti d' ariento, e insino a cento barili di vino, e insino a cento cori di grano, e cento barili d' olio, e sale senza misura.

23. Tutto quello, che appartiene al coltivamento di Dio del cielo, diligentemente sia dato nella casa di Dio, acciò che forse non s' adiri contro al regno del re e de' suoi figliuoli.

24. E noi vi facciamo manifesto de' sacerdoti e de' Leviti, de' cantori, portieri, Natinei (e maestri) e ministri della casa di questo Iddio, che voi non abbiate podestà d' imporre loro tributo, nè vettovaglia, nè annona.

25. E tu, Esdra, secondo la sapienza del tuo Iddio *la quale è nella tua mano, ordina i giudici e i prèsidi, i quali giùdichino tutto il popolo* il quale

21. et a me. Ego Artaxerxes rex statui atque decrevi omnibus custodibus arcæ publicæ, qui sunt trans flumen: Ut quodcumque petierit a vobis Esdras sacerdos, scriba legis Dei cæli, absque mora detis,

22. usque ad argenti talenta centum, et usque ad frumenti coros centum, et usque ad vini batos centum, et usque ad batos olei centum, sal vero absque mensura.

23. Omne quod ad ritum Dei cæli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei cæli, ne forte irascatur contra regnum regis et filiorum ejus.

24. Vobis quoque notum facimus de universis sacerdotibus, et Levitis, et cantoribus, et janitoribus, Nathinæis, et Ministris domus Dei hujus: Ut vectigal, et tributum, et annonas non habeatis potestatem imponendi super eos.

25. Tu autem, Esdra, secundum sapientiam Dei tui, quæ est in manu tua, consti-

Digitized by Google

è oltre il fiume, cioè quelli che sanno la legge del tuo Iddio; e quelli che non sono savi, liberamente gli ammaestra.

26. E qualunque non farà la legge del tuo Iddio [e la legge del re] diligentemente, sarà fatto di lui giudicio, ovvero per morte, ovvero per isbandimento, ovvero per condannazione della sua sostanza, ovvero per carcere.

27. (E disse Esdra:) benedetto Iddio de' nostri padri, il quale diede questo nel cuore del re, ch' egli glorificasse la casa del Signore la quale è in Ierusalem,

28. *e in me inchinò la sua misericordia* nel cospetto del re e de' suoi consiglieri e di tutti i potenti prìncipi suoi; e io confortato dalla mano di Dio, la quale era in me, congregai i prìncipi d' Israel i quali erano venuti con esso meco.

tue judices et præsides, ut, judicent omni populo, qui est trans flumen, his videlicet, qui noverunt legem Dei tui: sed et imperitos docete libere.

26. Et omnis, qui non fecerit legem Dei tui, et legem regis diligenter, iudicium erit de eo, sive in mortem, sive in exilium, sive in condemnationem substântiæ ejus, vel certe in carcerem.

27. Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis, ut glorificaret domum Domini, quæ est in Jerusalem,

28. et in me inclinavit misericordiam suam coram rege et consiliatoribus ejus et universis principibus regis potentibus: et ego confortatus manu Domini Dei mei, quæ erat in me, congregavi de Israel principes, qui ascenderent mecum.

Digitized by Google

CAPO VIII.

1. Questi sono li prìncipi delle famiglie, e questo è lo parentado loro, i quali vennero meco nel regno di Artaserse re di Babilonia.

2. Delli figliuoli di Finees, Gersom: delli figliuoli di Itamar, Daniele: delli figliuoli di David, Attus.

3. De' figliuoli di Sechenia, e delli figliuoli di Faros, Zacaria; e con lui sono numerati uomini cento cinquanta.

4. De' figliuoli di Faat Moab, Elioenai figliuolo di Zaree; e con lui CC uomini.

5. De' figliuoli di Sechenia, il figliuolo Ezechiel; e con lui uomini CCC.

6. De' figliuoli di Adan, Abed figliuolo di Ionatan; e con lui cinquanta uomini.

7. De' figliuoli di Elam, Isaia figliuolo di Atalia; e con lui LXX uomini.

CAPUT VIII.

1. Hi sunt ergo principes familiarum, et genealogia eorum, qui ascenderunt mecum in regno Artaxerxis regis de Babylone.

2. De filiis Phinees, Gersom; de filiis Ithamar, Daniel; de filiis David, Hattus.

3. De filiis Secheniæ, filiis Pharos, Zacharias; et cum eo numerati sunt viri centum quinquaginta:

4. De filiis Phahath Moab, Elioenai filius Zarehe; et cum eo ducenti viri.

5. De filiis Secheniæ, filius Ezechiel; et cum eo trecenti viri.

6. De filiis Adan, Abed filius Jonathan; et cum eo quinquaginta viri.

7. De filiis Alam, Isaias filius Athaliæ; et cum eo septuaginta viri.

Digitized by Google

8. De' figliuoli di Safatia, Zebedìa figliuolo di Micael, e con lui LXXX [uomini].

9. De' figliuoli di Ioab, Obedia figliuolo di Iaiel, e con lui CCXVIII uomini.

10. De' figliuoli di Selomit, lo figliuolo di Iosfia, e con lui CLX uomini.

11. De' figliuoli di Bebai, Zacaria figliuolo di Bebai, e [con lui] XXVIII uomini.

12. De' figliuoli di Azgad, Ioanan figliuolo di Eccetan, e con lui CX uomini.

13. De' figliuoli di Adonicam, i quali erano ultimi; e questi sono li nomi loro: Elifelet e Ieiel e Samaia, e con loro LX uomini.

14. De' figliuoli di Begui, Utai e Zacur, e con loro LXX uomini.

15. E io li congregai al fiume che corre ad Aava, e fummo ivi tre dì; e cercai, nel popolo e nelli sacerdoti, de' figliuoli di Levi, e non li trovai quivi.

8. De filiis Saphatiæ, Zebedia filius Micael, et cum eo octoginta viri.

9. De filiis Joab, Obedia filius Jahiel, et cum eo ducenti decem et octo viri.

10. De filiis Selomith, filius Josphiæ, et cum eo centum sexaginta viri.

11. De filiis Bebai, Zacharias, filius Bebai, et cum eo viginti octo viri.

12. De filiis Azgad, Johanan filius Eccetan, et cum eo centum et decem viri.

13. De filiis Adonicam, qui erant novissimi, et hæc nomina eorum: Elipheleth et Jehiel et Samaias, et cum eis sexaginta viri.

14. De filiis Begui, Uthai et Zachur, et cum eis septuaginta viri.

15. Congregavi autem eos ad fluvium, qui decurrit ad Ahava, et mansimus ibi tribus diebus; quæsivique in populo et in sacerdotibus de filiis Levi, et non inveni ibi.

Digitized by Google

16. E mandai Eliezer e Ariel e Semeia ed Elnatan [e Iarib e l' altro Elnatan] e Natan, e Zacaria e Mosolla principi, e Ioiarib ed Elnatan savii.

17. E mandai loro a Eddo, ch' è primo nel luogo di Casfia, e dissi loro le parole le quali avevano a parlare a Eddo, e a' fratelli suoi Natinei, nel luogo di Casfia, acciò che adducessero a noi i ministri della casa del nostro Iddio.

18. E addussero a noi per la mano del nostro Iddio, buona sopra noi, uomo dottissimo de' figliuoli di Mooli figliuolo di Levi figliuolo d' Israel, e Sarabia e i suoi figliuoli e i suoi fratelli [XVIII],

19. e Asabia, e con lui Isaia de' figliuoli di Merari, e i suoi fratelli, e XX [suoi] figliuoli,

20. e de' Natinei, li quali avea dato David, e' principi alli ministerii de' Leviti, Natinei CCXX; tutti questi si chiamavano per nomi suoi.

21. E predicai ivi lo digiuno appo il fiume Aava, acciò che noi ci affligessimo dinanzi al Signore no-

16. Itaque misi Eliezer, et Ariel et Semeiam et Elnathan et Jarib et alterum Elnathan et Nathan et Zachariam et Mosollam principes; et Jojarib et Elnathan sapientes.

17. Et misi eos ad Eddo, qui est primus in Chasphiæ loco, et posui in ore eorum verba, quæ loquerentur ad Eddo, et fratres ejus Nathinæos in loco Chasphiæ, ut adducerent nobis ministros domus Dei nostri.

18. Ed adduxerunt nobis, per manum Dei nostri bonam super nos, virum doctissimum de filiis Moholi filii Levi filii Israel, et Sarabiam et filios ejus et fratres ejus decem et octo,

19. et Hasabiam, et cum eo Isaiam de filiis Merari, fratresque ejus, et filios ejus viginti;

20. et de Nathinæis, quos dederat David et principes ad ministeria Levitarum, Nathinæos ducentos viginti; omnes hi suis nominibus vocabantur.

21. Et prædicavi ibi jejunium juxta fluvium Ahava, ut

Digitized by Google

stro Iddio, e dimandassimo da lui la via retta a noi e a' nostri figliuoli e alla nostra sostanza.

22. Io certo mi vergognai di dimandare re in adiutorio nostro, e (squadre di) cavalieri, i quali difendessero noi dalli nemici nella via; però che aveamo detto al re la mano del nostro Iddio è sopra tutti quelli i quali cercano lui nella bontade; e lo imperio suo e la sua fortezza e il furore sì viene sopra tutti quelli i quali lo abbandonano.

23. Noi abbiamo digiunato, e abbiamo pregato il nostro Signore Iddio per questo; e vennero a noi le cose prospere.

24. E io separai delli prìncipi delli sacerdoti XII, Sarabia e Asabia, e con loro dieci de' fratelli loro.

25. Io pesai a loro l'ariento e l'oro, e i vasi consecrati della casa del Dio nostro, i quali avea offerto il re e i suoi consiglieri e li suoi prìncipi e tutto Israel, di quelli che furono trovati.

affligeremur coram Domino Deo nostro, et peteremus ab eo viam rectam nobis et filiis nostris, universæque substantiæ nostræ.

22. Erubui enim petere a rege auxilium et equites, qui defenderent nos ab inimico in via, quia dixeramus regi: Manus Dei nostri est super omnes, qui quærunt eum in bonitate: et imperium ejus et fortitudo ejus, et furor super omnes, qui derelinquunt eum.

23. Jejunavimus autem, et rogavimus Deum nostrum per hoc: et evenit nobis prospere.

24. Et separavi de principibus sacerdotum duodecim, Sarabiam et Hasabiam, et cum eis de fratribus eorum decem;

25. appendique eis argentum et aurum, et vasa consecrata domus Dei nostri, quæ obtulerat rex et consiliatores ejus, et principes ejus, universusque Israel eorum, qui inventi fuerant;

Digitized by Google

26. E pesai nelle mani loro CCCCCCL talenti d' ariento, e cento vasi [d' ariento], d' oro cento talenti,

27. e XX tazze d' oro, le quali aveano mille soldi di peso, e due vasa di rame ottimo, risplendenti [come l' oro].

28. E dissi loro: voi siete santi del Signore, e li vasi sono santi; e l' ariento e l' oro lo quale è stato offerto spontaneamente al Signore de' padri vostri,

29. veggiate e custodite, per fino che voi li pesate dinanzi li prìncipi delli sacerdoti e delli Leviti e delli duchi delle famiglie d' Israel in Ierusalem, nel tesoro della casa del Signore.

30. E ricevetteno li sacerdoti e li Leviti lo peso dell' ariento e dell' oro e de' vasi, acciò che lo portasseno in Ierusalem nella casa del nostro Signore.

31. Noi ci separammo dal fiume di Aava il duodecimo dì del mese primo, per andare in Ierusalem;

26. et appendi in manibus eorum, argenti talenta sexcenta quinquaginta, et vasa argentea centum, auri centum talenta;

27. et crateres aureos viginti, qui habebant solidos millenos, et vasa æris fulgentis optimi duo, pulchra ut aurum.

28. Et dixi eis: Vos sancti Domini, et vasa sancta, et argentum et aurum, quod sponte oblatum est Domino Deo patrum nostrorum:

29. vigilate et custodite, donec appendatis coram principibus sacerdotum et Levitarum, et ducibus familiarum Israel in Jerusalem, in thesaurum domus Domini.

30. Susceperunt autem sacerdotes et Levitæ pondus argenti et auri, et vasorum, ut deferrent Jerusalem in domum Dei nostri.

31. Promovimus ergo a flumine Ahava duodecimo die mensis primi, ut pergeremus Jerusalem; et manus Dei nostri fuit super nos, et liberavit nos de manu inimici et insidiatoris in via.

Digitized by Google

e la mano del nostro Signore Iddio fu sopra di noi, e liberocci della mano dello inimico e insidiatore nella via.

32. E venimmo in Ierusalem, e stettimo ivi tre dì.

33. Nel quarto dì fu pesato l' ariento e l' oro e li vasi nella casa del nostro Signore Iddio per la mano di Meremot figliuolo di Uria sacerdote, e con lui Eleazar figliuolo di Finees, e con loro Iozabed figliuolo di Iosue, e Noadaia figliuolo di Bennoi Levita,

34. secondo lo numero e lo peso di tutti; e fu descritto tutto il peso in quello tempo.

35. E quelli che erano venuti di prigione, figliuoli della trasmigrazione, offersero in sacrificio a Dio d' Israel XII vitelli per tutto Israel, montoni LXXXXVI, agnelli LXXVII, becchi XII per lo peccato; tutte queste cose in sacrificio a Dio.

36. E fecero lo comandamento alli satrapi del re, quelli i quali erano della presenza del re e dei prìncipi oltre il fiume; e levorono il popolo e la casa di Dio.

32. Et venimus Jerusalem, et mansimus ibi tribus diebus.

33. Die autem quarta appensum est argentum et aurum, et vasa in domo Dei nostri per manum Meremoth filii Uriæ sacerdotis, et cum eo Eleazar filius Phinees, cumque eis Jozabed filius Josue, et Noadaja filius Bennoi Levitæ,

34. juxta numerum et pondus omnium; descriptumque est omne pondus in tempore illo.

35. Sed et, qui venerant de captivitate filii transmigrationis, obtulerunt holocautomata Deo Israel, vitulos duodecim pro omni populo Israel, arietes nonaginta sex, agnos septuaginta septem, hircos pro peccato, duodecim; omnia in holocaustum Domino.

36. Dederunt autem edicta regis satrapis, qui erant de conspectu regis, et ducibus trans flumen; et elevaverunt populum et domum Dei.

Digitized by Google

CAPO VIIII.

1. E poi che queste cose furono fornite, vennero a me i prìncipi, dicendo: il popolo d' Israel e' sacerdoti e' Leviti non sono partiti da' popoli delle terre e dalle loro abominazioni, cioè del Cananeo, dello Eteo e del Ferezeo, del Iebuseo, degli Ammoniti e de' Moabiti e degli Egizii e degli Amorrei.

2. Però che loro hanno tolto delle loro figliuole a sè e alli suoi figliuoli, e hanno mescolato il seme santo co' popoli delle terre; e la mano de' prìncipi e del senato fu in questa prima prevaricazione.

3. E udito io questo sermone, isquarciai il mio mantello e la tunica, e cava'mi i capelli del mio capo e della barba; e sedei, e cominciai a piagnere.

4. E raunorsi a me tutti coloro che temeano la parola di Dio d' Israel, per la (loro) trasgressione di

CAPUT IX.

1. Postquam autem hæc completa sunt, accesserunt ad me principes, dicentes: Non est separatus populus Israel, sacerdotes et Levitæ, a populis terrarum, et abominationibus eorum, Chananæi videlicet, et Hethæi, et Pherezæi, et Jebusæi, et Ammonitarum, et Moabitarum, et Aegyptiorum, et Amorrhæorum;

2. tulerunt enim de filiabus eorum sibi et filiis suis, et commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum; manus etiam principum et magistratuum fuit in transgressione hac prima.

3. Cumque audissem sermonem istum, scidi pallium meum et tunicam, et evelli capillos capitis mei et barbæ, et sedi mœrens.

4. Convenerunt autem ad me omnes, qui timebant verbum Dei Israel, pro transgressione eorum, qui de captivate venerant; et ego sedebam tristis usque ad sacrificium vespertinum;

Digitized by Google

quelli ch' erano venuti della prigione; e io sedea tristo insino al sacrificio del vespro.

5. E nel sacrificio del vespro mi levai della mia afflizione, e isquarciato il mantello e la gonnella, chinai le ginocchia mie, e sparsi le mie mani al mio Signore Iddio.

6. E dissi: Signore mio, io mi confondo e mi vergogno di levare il viso a te; però che le nostre iniquitadi sono moltiplicate sopra il nostro capo, e i nostri peccati sono cresciuti insino al cielo,

7. dal tempo de' nostri padri; e anco noi stessi abbiamo peccato gravemente insino al dì d' oggi, e nelle nostre iniquità e noi e i nostri re e' sacerdoti nostri siamo dati in mano delli re delle terre, in coltello e in prigione e in rapina e in confusione di viso, sì come in questo dì.

8. E ora quasi uno poco e in momento è fatto il nostro pregare al nostro Signore Iddio, acciò che a noi fossero lasciate [le] reliquie, e fosse data la

5. et in sacrificio vespertino surrexi de afflictione mea, et scisso pallio et tunica, curvavi genua mea, et expandi manus meas ad Dominum Deum meum,

6. et dixi: Deus meus, confundor et erubesco levare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, et delicta nostra creverunt usque ad cælum,

7. a diebus patrum nostrorum: sed et nos ipsi peccavimus graviter usque ad diem hanc, et in iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi et reges nostri et sacerdotes nostri in manum regum terrarum, et in gladium, et in captivitatem, et in rapinam, et in confusionem vultus, sicut et die hac.

8. Et nunc quasi parum et ad momentum facta est deprecatio nostra apud Dominum Deum nostrum, ut dimitterentur nobis reliquiæ, et daretur nobis paxillus in loco sancto

Digitized by Google

sua pace nel suo santo luogo, e che illuminasse gli occhii nostri il nostro Dio, e che desse a noi uno poco di vita nella nostra servitù;

9. però che noi siamo servi, e nella nostra servitù non ci ha lasciato il nostro Iddio, e inchinò sopra di noi la sua misericordia nel cospetto del re de' Persi, acciò che ci desse vita, e facesse alta la casa del nostro Iddio, e rifacesse le sue solitudini, e desse a noi speranza in Giuda e in Ierusalem.

10. E ora, Signore nostro Iddio, che diremo noi dopo questo? Perchè noi abbiamo lasciato i tuoi comandamenti,

11. i quali tu comandasti a noi per mano dei tuoi servi profeti, dicendo: la terra la quale voi entrate a possedere, è terra immonda, secondo la immondizia de' popoli e di tutte le altre terre, delle abominazioni di coloro i quali la riempierono dalla bocca insino alla bocca nella sua coinquinazione.

ejus, et illuminaret oculos nostros Deus noster, et daret nobis vitam modicam in servitute nostra;

9. quia servi sumus, et in servitute nostra non dereliquit nos Deus noster, sed inclinavit super nos misericordiam coram rege Persarum, ut daret nobis vitam, et sublimaret domum Dei nostri, et extrueret solitudines ejus, et daret nobis spem in Juda et Jerusalem.

10. Et nunc, quid dicemus, Deus noster, post hæc? quia dereliquimus mandata tua,

11. quæ præcepisti in manu servorum tuorum prophetarum, dicens: Terra, ad quam vos ingredimini, ut possideatis eam, terra immunda est juxta immunditiam populorum, ceterarumque terrarum, abominationibus eorum, qui repleverunt eam ab ore usque ad os in coinquinatione sua.

Digitized by Google

12. Onde ora non date le vostre figliuole a' loro figliuoli; e le loro figliuole non tollete per li vostri figliuoli, e non domandate la loro pace, nè la loro prosperità, insino in sempiterno, acciò che voi siate confortati e mangiate le buone cose della terra, e che voi abbiate eredi i vostri figliuoli insino in eterno.

13. E dopo tutte le cose che vennero sopra di noi nelle nostre pessime operazioni, e nel nostro grande peccato, però che tu, Iddio, ci liberasti dalla nostra iniquità, e haici data la salute, siccome oggi,

14. che noi non ritornassimo, e prevaricassimo tutti i tuoi comandamenti, e che non cognungessimo matrimonii de' popoli di queste abominazioni. Or sei tu irato contro a noi insino a consumazione, sì che tu non ci lasci reliquie e salute?

15. Signore Iddio d' Israel, tu se' giusto; perchè noi siamo lasciati, i quali ci dobbiamo salvare, come

12. Nunc ergo filias vestras ne detis filiis eorum, et filias eorum ne accipiatis filiis vestris, et non quæratis pacem eorum et prosperitatem eorum usque in æternum, ut confortemini, et comedatis quæ bona sunt terræ, et heredes habeatis filios vestros usque in sæculum.

13. Et post omnia, quæ venerunt super nos in operibus nostris pessimis, et in delicto nostro magno, quia tu, Deus noster, liberasti nos de iniquitate nostra, et dedisti nobis salutem, sicut est hodie,

14. ut non converteremur, et irrita faceremus mandata tua, neque matrimonia jungeremus cum populis abominationum istarum. Numquid iratus es nobis usque ad consummationem, ne dimitteres nobis reliquias ad salutem?

15. Domine Deus Israel, justus es tu, quoniam derelicti sumus, qui salvaremur, sicut die hac. Ecce, coram te sumus in delicto nostro: non enim stari potest coram te super hoc.

Digitized by Google

in questo dì. Ecco noi siamo dinanzi a te nel peccato nostro; però che non si puote stare dinanzi a te sopra di questo.

CAPO X.

1. Così adunque pregando Esdra, e dimandando a Dio, e piagnendo e giacendo dinanzi al tempio di Dio, raunossi a lui grande popolo d' Israel, di uomini e di femine e di fanciulli; e pianse il popolo di grande pianto.

2. E rispose Sechenia figliuolo di Ieiel de' figliuoli di Elam, e disse ad Esdra: noi abbiamo prevaricato contro al Dio nostro, e abbiamo tolto per nostre mogliere le femine forestiere de' popoli delle terre (a noi proibite); e ora se si trova penitenza in Israel sopra di questo peccato,

3. facciamo patto con lo Signore Iddio nostro, e cacciamo fuori tutte le mogliere nostre, e tutti quelli che sono nati di loro, secondo la volontade del Signore; e facciasi secondo la volontade di quelli che temono il comandamento del nostro Signore Iddio.

CAPUT X.

1. Sic ergo, orante Esdra, et implorante eo, et flente, et jacente ante templum Dei, collectus est ad eum de Israel cœtus grandis nimis virorum et mulierum et puerorum, et flevit populus fletu multo.

2. Et respondit Sechenias, filius Jehiel de filiis Aelam, et dixit Esdræ: Nos prævaricati sumus in Deum nostrum, et duximus uxores alienigenas de populis terræ: et nunc si est pœnitentia in Israel super hoc,

3. percutiamus fœdus cum Domino Deo nostro, ut projiciamus universas uxores, et eos qui de his nati sunt, juxta voluntatem Domini, et eorum, qui timent præceptum Domini Dei nostri: secundum legem fiat.

Digitized by Google

4. Lèvati, a te s' appartiene di (vedere e discernere e) giudicare, e noi saremo teco; confòrtati, e fa (quello che far si debba).

14. E diede il re a lui libertade d' andare dovunque egli volesse, e diedegli arbitrio di fare ciò che gli piacesse.

15. Adunque andava (Tobia) visitando tutti quelli ch' erano in prigione, e dava loro ammaestramenti di salute.

16. Onde essendo egli venuto nella città di Rages nella regione de' Medi, *da' quali era suto molto onorato, e avuto dal re di quella diece talenti d' argento;*

11. Igitur, cum per captivitatem devenisset cum uxore sua et filio in civitatem Niniven cum omni tribu sua,

12. (cum omnes ederent ex cibis gentilium), iste custodivit animam suam, et numquam contaminatus est in escis eorum.

13. Et quoniam memor fuit Domini in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmanasar regis;

14. et dedit illi potestatem, quocumque vellet ire, habens libertatem quæcumque facere voluisset.

15. Pergebat ergo ad omnes, qui erant in captivitate, et monita salutis dabat eis.

16. Cum autem venisset in Rages civitatem Medorum, et ex his, quibus honoratus fuerat a rege, habuisset decem talenta argenti,

Digitized by Google

17. e veggendo uno (gentile) uomo della sua schiatta, il quale avea nome Gabelo, essere in grande necessità, insieme con grande compagnia di sua gente, sì gli prestò X talenti d' ariento (i quali avea ricevuti Tobia dal re, quando il volse onorare. Promise Gabelo di rendergli, e fecegliene una scritta di sua mano).

18. E dopo molto tempo, essendo morto il re Salmanasar, e regnando il suo figliuolo Sennacherib per lui, il quale avea in odio i figliuoli d' Israel,

19. Tobia andava per tutta la sua schiatta, e consolavagli, e dividea il suo avere a ciascheduno di loro, secondo ch' egli potea.

20. Egli nutricava gli affamati, e rivestiva gli ignudi, e sollecitamente seppelliva i morti *e li uccisi.*

21. E quando Sennacherib fu tornato, fuggendo di Giudea per la piaga che Dio gli avea fatta, però ch' egli avea biastemato, fece uccidere con grande ira molti de' figliuoli d' Israel; allora Tobia seppelliva i (morti e') corpi loro.

17. et cum in multa turba generis sui Gabelum egentem videret, qui erat ex tribu ejus, sub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti.

18. Post multum vero temporis, mortuo Salmanasar rege, cum regnaret Sennacherib, filius ejus pro eo, et filios Israel exosos haberet in conspectu suo,

19. Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem suam, et consolabatur eos, di-

videbatque unicuique, prout poterat, de facultatibus suis;

20. esurientes alebat, nudisque vestimenta præbebat, et mortuis atque occisis sepulturam sollicitus exhibebat.

21. Denique cum reversus esset rex Sennacherib fugiens a Judæa plagam, quam circa eum fecerat Deus propter blasphemiam suam, et iratus multos occideret ex filiis Israel, Tobias sepeliebat corpora eorum.

Digitized by Google

22. Ma quando ciò fu detto al re, comandò ch' egli fosse morto; e tolsegli tutto il suo avere.

23. Ma Tobia ignudo si fuggì colla moglie e col figliuolo suo, e stette nascoso; però che molti lui amavano.

24. Ma dopo XLV dìe il re fu morto da' suoi figliuoli.

25. E Tobia si ritornò a casa sua; e tutto ciò ch' egli avea perduto gli fu renduto.

CAPO II.

1. Dopo queste cose, essendo la festa di Dio, e Tobia avendo apparecchiato uno grande desinare in casa sua,

2. disse al suo figliuolo: vae, e mena alquanti uomini della nostra tribù, i quali temano Iddio, acciò che mangino con esso noi.

3. Ed essendo ito e tornato, nunciò al padre, dicendo: uno de' figliuoli d' Israel sì è nella piazza

22. At ubi nuntiatum est regi, jussit eum occidi, et tulit omnem substantiam ejus.

23. Tobias vero cum filio suo et cum uxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebant eum.

24. Post dies vero quadraginta quinque occiderunt regem filii ipsius;

25. et reversus est Tobias in domum suam, omnisque facultas ejus restituta est ei.

CAPUT II.

1. Post hæc vero, cum esset dies festus Domini, et factum esset prandium bonum in domo Tobiæ,

2. dixit filio suo: Vade, et adduc aliquos de tribu nostra, timentes Deum, ut epulentur nobiscum.

3. Cumque abiisset, reversus nuntiavit ei, unum ex filiis Israel jugulatum jacere in platea. Statimque exsiliens de

Digitized by Google

morto. Onde egli si mosse tosto del suo luogo, lasciando il convito; e digiuno pervenne al corpo.

4. E togliendolo celatamente, il portoe a casa sua, acciò che quando il sole fosse tramontato, il seppellisse.

5. E da poi ch' egli ebbe nascoso il corpo, manicoe del pane con pianto e con tremore,

6. ricordandosi di quello sermone che Iddio avea detto per bocca d' Amos profeta: i dì delle vostre feste si convertiranno in lamento e in pianto.

7. E quando il sole fu tramontato, ed egli andò e seppellillo.

8. Onde tutti i suoi parenti (e amici) sì lo riprendeano, e diceano: tu fosti condannato ad esser morto per questa cagione, e a pena iscampasti dalla morte: e ancora tu seppellisci i morti?

9. Ma Tobia, temendo Iddio più che il re, toglica i corpi morti, e nascondevagli in casa sua; e poi di mezza notte gli seppelliva.

accubitu suo, relinquens prandium, jejunus pervenit ad corpus:

4. tollensque illud portavit ad domum suam occulte, ut, dum sol occubuisset, caute sepeliret eum.

5. Cumque occultasset corpus, manducavit panem cum luctu et tremore,

6. memorans illum sermonem, quem dixit Dominus per Amos prophetam: Dies festi vestri convertentur in lamentationem et luctum.

7. Cum vero sol occubuisset, abiit, et sepelivit eum.

8. Arguebant autem eum omnes proximi ejus, dicentes: Jam hujus rei causa interfici jussus es, et vix effugisti mortis imperium, et iterum sepelis mortuos?

9. Sed Tobias plus timens Deum, quam regem, rapiebat corpora occisorum, et occultabat in domo sua, et mediis noctibus sepeliebat ea.

Digitized by Google

10. Onde egli avvenne che essendo uno dì (Tobia) affaticato per cagione delle sepolture, sì tornò a casa sua, e gittossi a lato ad una pariete, e addormentossi.

11. E sopra gli occhi suoi sì cadè d' uno nido lo sterco della rondine caldo; onde egli per questo divenne cieco.

12. Veramente Iddio permise che questa tentazione venisse a lui, acciò ch' ello desse esempio di pazienza a quelli che doveano venire dopo lui, sì come fu del santo Iob.

13. E avvegnadio che insino dalla sua fanciullezza avesse temuto Iddio, e osservati i suoi comandamenti, egli impertanto non si contristoe contra Iddio per la piaga della cecitade la quale gli era venuta.

14. Ma costante istette nel timore di Dio, rendendo esso grazia a Dio tutto il tempo della vita sua.

15. E siccome i re riprendendo assalivano Iob, così i parenti e gli amici di Tobia (riprendeano e) faceano beffe della vita sua, dicendo:

10. Contigit autem, ut quadam die fatigatus a sepultura, veniens in domum suam, jactasset se juxta parietem, et obdormisset,

11. et ex nido hirundinum dormienti illi calida stercora inciderent super oculos ejus, fieretque cæcus.

12. Hanc autem tentationem ideo permisit Dominus evenire illi, ut posteris daretur exemplum patientiæ ejus, sicut et sancti Job.

13. Nam cum ab infantia sua semper Deum timuerit, et mandata ejus custodierit, non est contristatus contra Deum, quod plaga cæcitatis evenerit ei,

14. sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ.

15. Nam sicut beato Job insultabat reges, ita isti parentes et cognati ejus irridebant vitam ejus, dicentes:

Digitized by Google

16. dov' è la tua speranza, per la quale tu facevi sacrificii e sepolture?

17. Ma Tobia gli riprendea, dicendo: non parlate così;

18. però che noi siamo figliuoli di santi, e aspettiamo quella vita la quale darà Iddio a coloro che non mutano mai la loro fede da lui.

19. E la sua moglie Anna continuamente s' andava affaticando di fuori *a tessere;* e della fatica delle sue mani quello guadagno e cibo che potea acquistare, recava a lui.

20. Onde avvenne ch' ella arrecoe uno capretto a casa.

21. E quando Tobia sentì belare il capretto, sì disse: guardate ch' egli non sia involato; rendetelo a cui egli è; imperciò che non è lecito a noi mangiare o ricevere alcuna cosa di furto.

22. A queste cose la moglie adirata rispose: manifestamente la tua speranza è fatta vana, e le tue limosine ora si veggono.

16. Ubi est spes tua, pro qua eleemosynas, et sepulturas faciebas?

17. Tobias vero increpabat eos, dicens: Nolite ita loqui,

18. quoniam filii sanctorum sumus, et vitam illam exspectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo.

19. Anna vero uxor ejus ibat ád opus textrinum quotidie, et de labore manuum suarum victum, quem consequi poterat, deferebat.

20. Unde factum est, ut hœdum caprarum accipiens detulisset domi.

21. Cujus cum vocem balantis vir ejus audisset, dixit; Videte, ne forte furtivus sit, reddite eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere.

22. Ad hæc uxor ejus irata respondit: Manifeste vana facta est spes tua, et eleemosynæ tuæ modo apparuerunt.

Digitized by Google

23. E in questo modo e per altre parole sì gli rimproverava.

CAPO III.

1. E allora Tobia incominciò a sospirare, e incominciò a pregare (a Dio) con lacrime,

2. dicendo: o Signore Iddio, tu se' giusto, e tutti i tuoi giudicii sono giusti, e tutte le tue vie sono misericordia e verità e giudicio.

3. E ora, Signore mio, ricòrdati di me, e non prendere vendetta de' miei peccati; e non ti ricordare de' miei falli, nè di quelli del mio padre e della mia madre.

4. Certo perchè noi non obbedimmo ai tuoi comandamenti, perciò siamo dati in disonore e in prigione e in morte e in favola e in vituperio a tutte le nazioni, tra le quali tu ci hai dispersi.

5. E ora, Signore mio, grandi sono i tuoi giudicii, imperciò che non ci portammo secondo i tuoi

23. Atque his, et aliis hujuscemodi verbis exprobrabat ei.

CAPUT III.

1. Tunc Tobias ingemuit, et cœpit orare cum lacrymis,

2. dicens: Justus es, Domine, et omnia judicia tua justa sunt, et omnes viæ tuæ, misericordia, et veritas, et judicium.

3. Et nunc, Domine, memor esto mei, et ne vindictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum.

4. Quoniam non obedivimus præceptis tuis, ideo traditi sumus in direptionem et captivitatem, et mortem et in fabulam, et in improperium omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos.

5. Et nunc, Domine, magna judicia tua, quia non egimus

Digitized by Google

comandamenti, e non fecimo giustamente dinanzi da te.

6. E ora, Signore, secondo la tua volontà adopera meco, e comanda che il mio spirito sia ricevuto in pace; perciò ch' egli è meglio di morire, che vivere.

7. In quello medesimo dì avvenne che Sara, figliuola di Raguel, nella città de' Medi udì da una sua serva uno rimproveramento, dicendole

8. sì come ella è stata maritata a sette mariti, e tutti sette gli avea morti uno demonio chiamato Asmodeo, così tosto come s' erano coricati con esso lei.

9. Onde, iscusandosi la fanciulla, riprese la serva aspramente, dicendo che ciò non era sua colpa. Ed ella rispose, dicendo: certo di te non vedemo figliuolo nè figliuola sopra la terra, o uccidi trice de' tuoi mariti!

10. Or vuoi me tu uccidere, come tu hae fatto a' sette tuoi mariti? Onde Sara, per questo rimpropero, se n' andò nella camera di sopra della sua

secundum præcepta tua, et non ambulavimus sinceriter coram te.

6. Et nunc, Domine, secundum voluntatem tuam fac mecum, et præcipe in pace recipi spiritum meum: expedit enim mihi mori magis, quam vivere.

7. Eadem itaque die contigit, ut Sara filia Raguelis in Rages civitate Medorum, et ipsa audiret improperium ab una ex ancillis patris sui,

8. quoniam tradita fuerat septem viris, et dæmonium, nomine Asmodæus, occiderat eos, mox ut ingressi fuissent ad eam.

9. Ergo cum pro culpa sua increparet puellam, respondit ei, dicens: Amplius ex te non videamus filium, aut filiam super terram, interfectrix virorum tuorum.

10. Numquid et occidere me vis, sicut jam occidisti septem viros? Ad hanc vocem perrexit in superius cubiculum domus suæ, et tribus diebus,

Digitized by Google

casa; e per tre dì e per tre notti non mangiò nè bebbe;

11. ma istando in orazione continuamente, pregava Iddio con lacrime, che lei liberasse da questo rempropero.

12. E dopo il terzo dì ch' ell' ebbe compiuta la orazione, benedicendo Iddio,

13. disse: o Dio de' nostri padri, il nome tuo è benedetto; perciò che quando tu sei adirato, tu fai misericordia, e nel tempo della tribulazione perdoni i peccati a quelli che ti chiamano.

14. A te, Signore mio, volgo io la faccia mia, e a te alzo gli occhii miei.

15. Io ti dimando, Signore mio, che tu mi sciogli del legame di questo rempropero; ovver certo levami di sopra la terra.

16. Tu sai, Signore mio, ch' io mai non desiderai uomo, e hoc guardata l' anima mia netta d' ogni desiderio carnale.

et tribus noctibus non manducavit, neque bibit;

11. sed in oratione persistens cum lacrymis deprecabatur Deum, ut ab isto improperio liberaret eam.

12. Factum est autem die tertia, dum compleret orationem, benedicens Dominum,

13. dixit: Benedictum est nomen tuum, Deus patrum nostrorum, qui cum iratus fueris, misericordiam facies, et in tempore tribulationis peccata dimittis his, qui invocant te.

14. Ad te, Domine, faciem meam converto, ad te, oculos meos dirigo.

15. Peto, Domine, ut de vinculo improperii hujus absolvas me, aut certe desuper terram eripias me.

16. Tu scis, Domine, quia nunquam concupivi virum, et mundam servavi animam meam ab omni concupiscentia.

Digitized by Google

17. E giammai non mi mescolai con gli lascivi; e non mi feci mai partefice con quelli che sono lievi.

18. Veramente io consentii di ricevere marito col tuo timore, e non come diletto carnale.

19. Certo o io indegna di loro, o loro non furono degni di me, ovvero che tu m' hai conservata a uno altro marito.

20. Veramente il tuo consiglio non è nella signoria dell' uomo.

21. Ma questo ho io per lo certo: chiunque ti adorerà, e la sua vita sia in bene provata, sì sarà coronato (nel tuo cospetto); e se egli sarà in tribulazione, sarà liberato; e se egli sarà in correzione, gli sarà lecito di venire alla tua misericordia.

22. Imperciò che tu non ti diletti nelle nostre perdizioni; imperciò che dopo la tempesta tu fai tranquillitade; e dopo le lacrime e dopo il pianto concedi allegrezza.

17. Nunquam cum ludentibus miscui me, neque cum his, qui in levitate ambulant, participem me præbui.

18. Virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea, consensi suscipere.

19. Et, aut ego indigna fui illis, aut illi forsitan me non fuerunt digni, quia forsitan viro alii conservasti me.

20. Non est enim in hominis potestate consilium tuum.

21. Hoc autem pro certo habet omnis, qui te colit, quod vita ejus, si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: et si in correptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit.

22. Non enim delectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillum facis, et post lacrymationem et fletum exultationem infundis.

Digitized by Google

23. Sia il tuo nome, Iddio d' Israel, benedetto negli secoli.

24. E in quello tempo furono esaudite le preghiere d' amendue costoro nel cospetto della gloria del sommo Iddio.

25. E mandato fu l' angiolo di Dio, santo Rafael, acciò che gli curasse amendue, le orazioni de' quali furono in uno tempo nel cospetto d' Iddio rapportate.

CAPO IIII.

1. Dunque pensando Tobia, che la orazione sua fosse esaudita acciò ch' egli potesse morire, chiamò a sè Tobia il suo figliuolo.

2. E disse a lui: figliuolo mio, odi le mie parole, e òrdinale nel tuo cuore, quasi come fondamenti.

3. Quando Iddio riceverà l' anima mia, seppellirai il corpo mio; e farai onore alla tua madre tutti i tempi della sua vita.

23. Sit nomen tuum, Deus Israel, benedictum in sæcula.

24. In illo tempore exauditæ sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi Dei;

25. et missus est Angelus Domini, sanctus Raphael, ut curaret eos ambos, quorum uno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ.

CAPUT IV.

1. Igitur, cum Tobias putaret orationem suam exaudiri, ut mori potuisset, vocavit ad se Tobiam filium suum,

2. dixitque ei: Audi, fili mi, verba oris mei, et ea in corde tuo quasi fundamentum construe.

3. Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli, et honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ ejus;

Digitized by Google

4. Certo ti dee ricordare, quanti e quali pericoli ella hae sofferti per te nel suo ventre.

5. E quando ella averae compiuto il tempo della sua vita, tu la seppellirai a lato a me.

6. E in tutti i dì della vita tua fa che abbi Dio nella mente tua, e guàrdati di non consentire alli peccati, e che tu abbandoni i comandamenti del tuo Iddio.

7. E del tuo avere fanne limosina, e non volger la faccia tua da alcuno povero; però che così sarà che Iddio non volgerà da te la sua faccia.

8. Come tu potrai, così sarai misericordioso.

9. Se tu averai assae, largamente darai; e se tu averai poco, eziandio (darai, e) di quello poco ti studia volontieri farne caritade.

10. Imperciò che tu acquisterai a te grande premio nel tempo della necessità.

11. Imperciò che la limosina libera altrui da ogni peccato e dalla morte, e non sostiene che l'anima ne vada nelle tenebre.

4. memor enim esse debes, quæ et quanta pericula passa sit propter te in utero suo.

5. Cum autem et ipsa compleverit tempus vitæ suæ, sepelias eam circa me.

6. Omnibus autem diebus vitæ tuæ, in mente habeto Deum, et cave, ne aliquando peccato consentias, et prætermittas præcepta Domini Dei nostri.

7. Ex substantia tua fac eleemosynam, et noli avertere faciem tuam ab ullo paupere: ita enim fiet, ut nec a te avertatur facies Domini.

8. Quo modo potueris, ita esto misericors.

9. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue; si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude.

10. Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis,

11. quoniam eleemosyna ab omni peccato et a morte liberat, et non patietur animam ire in tenebras.

Digitized by Google

12. La limosina fatta sarà grande sigurtade dinanzi al sommo Iddio a tutti quelli che la fanno (con buono cuore).

13. Figliuolo mio, fa che tu ti astenga da ogni vizio carnale, e non sostenere di voler sapere quello che è vizioso peccato, se non colla tua moglie.

14. E giammai non lasciare signoreggiare la superbia nel tuo senno o nelle tue parole; perciò che in lei sì è inizio di ogni perdizione.

15. E incontanente renderai il suo merito a qualunque ti farà alcuno lavorio; e al tutto la mercede del mercenario non rimanga teco.

16. E non farai ad altrui quello che tu non vuogli che sia fatto a te.

17. E mangia il tuo pane con gli affamati e con gli bisognosi, e ricopri i poveri colle tue vestimenta.

18. E ordina il tuo pane e il tuo vino sopra la sepoltura del giusto, e non mangiare nè bere di quello colli peccatori.

12. Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna omnibus facientibus eam.

13. Attende tibi, fili mi, ab omni fornicatione, et præter uxorem tuam nunquam patiaris crimen scire.

14. Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipsa enim initium sumsit omnis perditio.

15. Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue: et merces mercenarii tui apud te omnino non remaneat.

16. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.

17. Panem tuum cum esurientibus et egenis comede, et de vestimentis tuis nudos tege.

18. Panem tuum et vinum tuum super sepulturam justi constitue, et noli ex eo manducare, et bibere cum peccatoribus.

Digitized by Google

19. E sempre addimanda il (tuo) consiglio dal savio.

20. In ogni tempo benedici Iddio, *e pregalo* acciò ch' egli dirizzi le tue vie; e tutti gli tuoi consigli fa che persistino in lui.

21. Ancora ti manifesto, figliuolo mio, ch' io diedi, quando tu eri fanciullo, X talenti d' ariento a Gabelo in Rages città de' Medi, e io n' hoe la scrittura di sua mano.

22. E però, figliuolo, ingègnati come tu possi andare a lui, e ricevere il sopra nominato peso d' ariento; e rendigli la scrittura sua.

23. Non ti sbigottire, figliuolo mio; certo noi facciamo povera vita, ma noi averemo molti beni, se noi temeremo Iddio, e se ci partiremo da ogni peccato e faremo bene.

19. Consilium semper a sapiente perquire.

20. Omni tempore benedic Deum, et pete ab eo, ut vias tuas dirigat, et omnia consilia tua in ipso permaneant.

21. Indico etiam tibi, fili mi, dedisse me decem talenta argenti, dum adhuc infantulus esses, Gabelo in Rages civitate Medorum, et chirographum ejus apud me habeo:

22. et ideo perquire, quo modo ad eum pervenias, et recipias ab eo supra memoratum pondus argenti, et restituas ei chirographum suum.

23. Noli timere, fili mi: pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, et recesserimus ab omni peccato, et fecerimus bene.

Digitized by Google

CAPO V.

1. Allora rispose [Tobia] al suo padre, e disse: o padre mio, io farò ciò che tu m' hai comandato.

2. Ma come racquisterò io questa pecunia? Io non soe colui, ed egli non mi conosce (nè io lui); che segnale gli darò io? poi ch' io non so pure la via, onde io vada a lui.

3. Allora il padre suo sì li rispose, e disse: io hoe appo me la scritta di sua mano; la quale poi che gliela avrai mostrata, incontanente la ti renderà.

4. Ma va ora, e cerca per uno uomo fedele che venga teco, pagandolo tu della sua fatica; acciò che insino ch' io vivo, tu l' acquisti.

5. Allora essendo uscito fuori Tobia, trovò uno giovane chiaro, il quale era alzato, e quasi apparecchiato a camminare.

CAPUT V.

1. Tunc respondit Tobias patri suo, et dixit: Omnia, quæcumque præcepisti mihi, faciam, pater.

2. Quo modo autem pecuniam hanc requiram, ignoro: ille me nescit, et ego eum ignoro: quod signum dabo ei? sed neque viam, per quam pergatur illuc, aliquando cognovi.

3. Tunc pater suus respondit illi, et dixit: Chirographum quidem illius penes me habeo: quod dum illi ostenderis, statim restituet.

4. Sed perge nunc, et inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum salva mercede sua, ut, dum adhuc vivo, recipias eam.

5. Tunc egressus Tobias, invenit iuvenem splendidum, stantem præcinctum, et quasi paratum ad ambulandum.

Digitized by Google

6. E non sapendo (Tobia) ch' egli fosse l' angiolo di Dio, sì il salutò, e disse: onde se' tu, o buono uomo?

7. Ed egli rispose: de' figliuoli d' Israel. E Tobia gli disse: sai tu la via la quale va nella regione de' Medi?

8. Ed egli rispose, e disse di sì; e tutti quelli viaggi ispesso hoe camminato, e sì sono stato con Gabelo nostro fratello che dimora in Rages, cittade de' Medi, la quale è posta nel monte di Ecbatanis.

9. Al quale disse Tobia: deh io ti prego che tu m' aspetti uno poco, insino ch' io lo dica al mio padre.

10. E allora entrò Tobia al suo padre, e narrolli tutte queste cose. Sopra le quali cose maravigliandosi il padre, il pregoe che il menasse a lui.

11. Ed entrato, lo salutoe e dissegli: sempre abbi tu allegrezza.

12. E Tobia disse: quale allegrezza posso io avere, ch' io seggio in tenebre, e non veggio il lume del cielo?

6. Et ignorans, quod Angelus Dei esset, salutavit eum, et dixit: Unde te habemus, bone juvenis?

7. At ille respondit: Ex filiis Israel. Et Tobias dixit ei: Nosti viam, quæ ducit in regionem Medorum?

8. Cui respondit: Novi, et omnia itinera ejus frequenter ambulavi, et mansi apud Gabelum fratrem nostrum, qui, moratur in Rages civitate Medorum, quæ posita est in monte Ecbatanis.

9. Cui Tobias ait: Sustine me, obsecro, donec hæc ipsa nuntiem patri meo.

10. Tunc ingressus Tobias indicavit universa hæc patri suo. Super quæ admiratus pater rogavit, ut introiret ad eum.

11. Ingressus itaque salutavit eum, et dixit: Gaudium tibi sit semper.

12. Et ait Tobias: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, et lumen cæli non video?

Digitized by Google

13. Al quale disse il giovane: sia d' animo forte, chè tostamente sarai liberato da Dio.

14. E Tobia disse: or potrai tu menare il mio figliuolo a Gabelo in Rages cittade de' Medi? E quando tu sarai tornato, io te ne renderò la tua mercede.

15. E l' angelo disse: io il menerò e rimenerò (sano e salvo).

16. Al quale disse Tobia: io ti prego che tu mi dica, di quale casa tu se', e di quale schiatta.

17. Al quale disse l' angelo Rafaele: di', addimandi tu la generazione del mercenario, ovver il mercenario che vada con lo tuo figliuolo?

18. Ma per non farti pensoso, sappi ch' io sono Azaria, figliuolo del grande Anania.

19. E Tobia gli rispose: tu sei di grande schiatta; ma io ti prego che non t' adiri, perchè io abbia voluto (sapere e) conoscere la tua nazione.

20. E l' angiolo disse: io menerò sano il tuo figliuolo, e sano lo rimenerò.

13. Cui ait juvenis: Forti animo esto: in proximo est, ut a Deo cureris.

14. Dixit itaque illi Tobias: Numquid poteris perducere filium meum ad Gabelum in Rages civitatem Medorum? et cum redieris, restituam tibi mercedem tuam.

15. Et dixit ei Angelus: Ego ducam, et reducam eum ad te.

16. Cui Tobias respondit: Rogo te, indica mihi, de qua domo, aut de qua tribu es tu?

17. Cui Raphel Angelus dixit: Genus quæris mercenarii, an ipsum mercenarium, qui cum filio tuo eat?

18. Sed ne forte sollicitum te reddam, ego sum Azarias Ananiæ magni filius.

19. Et Tobias respondit: Ex magno genere es tu. Sed peto, ne irascaris, quod voluerim cognoscere genus tuum.

20. Dixit autem illi Angelus: Ego sanum ducam, et sanum tibi reducam filium tuum.

Digitized by Google

6. E non sapendo (Tobia) ch' egli fosse l' angiolo di Dio, sì il salutò, e disse: onde se' tu, o buono uomo?

7. Ed egli rispose: de' figliuoli d' Israel. E Tobia gli disse: sai tu la via la quale va nella regione de' Medi?

8. Ed egli rispose, e disse di sì; e tutti quelli viaggi ispesso hoe camminato, e sì sono stato con Gabelo nostro fratello che dimora in Rages, cittade de' Medi, la quale è posta nel monte di Ecbatanis.

9. Al quale disse Tobia: deh io ti prego che tu m' aspetti uno poco, insino ch' io lo dica al mio padre.

10. E allora entrò Tobia al suo padre, e narrolli tutte queste cose. Sopra le quali cose maravigliandosi il padre, il pregoe che il menasse a lui.

11. Ed entrato, lo salutoe e dissegli: sempre abbi tu allegrezza.

12. E Tobia disse: quale allegrezza posso io avere, ch' io seggio in tenebre, e non veggio il lume del cielo?

6. Et ignorans, quod Angelus Dei esset, salutavit eum, et dixit: Unde te habemus, bone juvenis?

7. At ille respondit: Ex filiis Israel. Et Tobias dixit ei: Nosti viam, quæ ducit in regionem Medorum?

8. Cui respondit: Novi, et omnia itinera ejus frequenter ambulavi, et mansi apud Gabelum fratrem nostrum, qui, moratur in Rages civitate Medorum, quæ posita est in monte Ecbatanis.

9. Cui Tobias ait: Sustine me, obsecro, donec hæc ipsa nuntiem patri meo.

10. Tunc ingressus Tobias indicavit universa hæc patri suo. Super quæ admiratus pater rogavit, ut introiret ad eum.

11. Ingressus itaque salutavit eum, et dixit: Gaudium tibi sit semper.

12. Et ait Tobias: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, et lumen cæli non video?

Digitized by Google

13. Al quale disse il giovane: sia d' animo forte, chè tostamente sarai liberato da Dio.

14. E Tobia disse: or potrai tu menare il mio figliuolo a Gabelo in Rages cittade de' Medi? E quando tu sarai tornato, io te ne renderò la tua mercede.

15. E l' angelo disse: io il menerò e rimenerò (sano e salvo).

16. Al quale disse Tobia: io ti prego che tu mi dica, di quale casa tu se', e di quale schiatta.

17. Al quale disse l' angelo Rafaele: di', addimandi tu la generazione del mercenario, ovver il mercenario che vada con lo tuo figliuolo?

18. Ma per non farti pensoso, sappi ch' io sono Azaria, figliuolo del grande Anania.

19. E Tobia gli rispose: tu sei di grande schiatta; ma io ti prego che non t' adiri, perchè io abbia voluto (sapere e) conoscere la tua nazione.

20. E l' angiolo disse: io menerò sano il tuo figliuolo, e sano lo rimeneroe.

13. Cui ait juvenis: Forti animo esto: in proximo est, ut a Deo cureris.

14. Dixit itaque illi Tobias: Numquid poteris perducere filium meum ad Gabelum in Rages civitatem Medorum? et cum redieris, restituam tibi mercedem tuam.

15. Et dixit ei Angelus: Ego ducam, et reducam eum ad te.

16. Cui Tobias respondit: Rogo te, indica mihi, de qua domo, aut de qua tribu es tu?

17. Cui Raphel Angelus dixit: Genus quæris mercenarii, an ipsum mercenarium, qui cum filio tuo eat?

18. Sed ne forte sollicitum te reddam, ego sum Azarias Ananiæ magni filius.

19. Et Tobias respondit: Ex magno genere es tu. Sed peto, ne irascaris, quod voluerim cognoscere genus tuum.

20. Dixit autem illi Angelus: Ego sanum ducam, et sanum tibi reducam filium tuum.

Digitized by Google

21. E Tobia disse: bene andate voi, e sia Iddio nel vostro viaggio, e l' angiolo suo v' accompagni.

22. Allora poi che tutte le cose furono apparecchiate, ch' erano da portare per la via, Tobia prese commiato dal suo padre e dalla sua madre; e andarono amendue insieme.

23. E quando loro furono andati, la madre incominciò a piagnere, e a dire: ha' ci tu tolto il bastone (e il sostegno) della nostra vecchiezza, e partendolo da noi ha' lo mandato altrove!

24. Iddio volesse che questa pecunia non fosse mai istata, per la quale tu l' hai mandato!

25. Assai ci bastava la nostra povertà; sì che noi lo potevamo bene tenere per nostra ricchezza, pur potendo vedere il nostro figliuolo!

26. E Tobia gli disse: non piagnere, chè il figliuolo nostro tornerà sano e salvo a noi, e i tuoi occhi il vederanno.

27. Imperciò ch' io credo che l' angiolo di Dio

21. Respondens autem Tobias, ait: Bene ambuletis, et sit Deus in itinere vestro, et Angelus ejus comitetur vobiscum.

22. Tunc paratis omnibus, quæ erant in via portanda, fecit Tobias vale patri suo et matri suæ; et ambulaverunt ambo simul.

23. Cumque profecti essent, cœpit mater ejus flere, et dicere: Baculum senectutis tulisti, et transmisisti a nobis.

24. Nunquam fuisset ipsa pecunia, pro qua misisti eum.

25. Sufficiebat enim nobis paupertas nostra: ut divitias computaremus hoc, quod videbamus filium nostrum.

26. Dixitque ei Tobias: Noli flere, salvus perveniet filius noster, et salvus revertetur ad nos, et oculi tui videbunt illum.

27. Credo enim, quod Angelus Dei bonus comitetur ei, et bene disponat omnia, quæ circa eum geruntur, ita ut cum gaudio revertatur ad nos.

Digitized by Google

buono l' accompagnerà, e disporrà bene ciò che si farà intorno a lui, sì che con allegrezza si tornerà a noi.

28. Per questo conforto si rimase la madre sua di piagnere, e istette cheta.

CAPO VI.

1. E così andò Tobia; il cane suo gli andò dietro; e la prima giornata istettero a lato il fiume (chiamato) Tigris.

2. E uscì fuori per lavarsi i suoi piedi; ed eccoti venire uno pesce crudele per divorarlo.

3. Onde (egli) ispaventato Tobia, chiamò con grande voce, dicendo: o Signore, ei m' assalisce.

4. E l' angiolo gli disse: prendi le sue branche, e tiralo a te. Ed egli il fece, e tirollo in secco; e il pesce cominciò a guizzare dinanzi a' suoi piedi.

5. E l' angiolo gli disse: apri questo pesce, e riponti il cuore suo e il fiele e lo fìcato; imperciò

28. Ad hanc vocem cessavit mater ejus flere, et tacuit.

CAPUT VI.

1. Profectus est autem Tobias, et canis secutus est eum, et mansit prima mansione iuxta fluvium Tigris.

2. Et exivit, ut lavaret pedes suos, et ecce piscis immanis exivit ad devorandum eum.

3. Quem expavescens Tobias clamavit voce magna, dicens: Domine, invadit me.

4. Et dixit ei Angelus: Apprehende branchiam ejus, et trahe eum ad te. Quod cum fecisset, attraxit eum in siccum; et palpitare cœpit ante pedes ejus.

5. Tunc dixit ei Angelus: Exentera hunc piscem, et cor ejus, et fel et jecur repone tibi: sunt enim hæc necessaria ad medicamenta utiliter.

Digitized by Google

che queste cose sono utilmente necessarie a medicine.

6. E poi che egli ebbe ciò fatto, egli arrostì la carne di quello pesce, e portaronla con loro per la via; tutto l' altro insalarono, acciò che bastasse loro insino che venissero in Rages cittade de' Medi.

7. Allora Tobia domandò l' angiolo, e dissegli: io ti prego, Azaria fratello mio, che tu mi dica che rimedio avranno queste cose, le quali tu hae fatte serbare del pesce?

8. Risposegli, e disse: se tu porrai una particella del suo cuore sopra i carboni, il suo fumo caccia tutti i demonii, o vogli dell' uomo o vogli della femina, sì che poi più non vi torneranno.

9. E lo fiele vale ad ungere li occhii, dove vi fosse bianco (o cateratte), e saneranno si.

10. E disse Tobia: ove vuogli tu che noi istiamo?

11. E l' angelo rispose e disse: qui è uno tuo parente, il quale ha nome Raguel, ed è della tua

6. Quod cum fecisset, assavit carnes ejus, et secum tulerunt in via: cetera salierunt, quæ sufficerent eis, quousque pervenirent in Rages civitatem Medorum.

7 Tunc interrogavit Tobias Angelum, et dixit ei: Obsecro te, Azaria frater, ut dicas mihi, quod remedium habebunt ista, quæ de pisce servare jussisti?

8. Et respondens Angelus, dixit ei: Cordis ejus particulam si super carbones ponas, fumus ejus extricat omne genus dæmoniorum sive a viro, sive a muliere, ita ut ultra non accedat ad eos.

9. Et fel valet ad ungendos oculos, in quibus fuerit albugo, et sanabuntur.

10. Et dixit ei Tobias: Ubi vis, ut maneamus?

11. Respondensque Angelus ait: Est hic Raguel nomine, vir propinquus de tribu tua, et hic habet filiam nomine Saram, sed neque masculum, neque feminam ullam habet aliam præter eam.

Digitized by Google

schiatta, e hae una figliuola la quale ha nome Sara; e non ha più nè maschio nè femina, *se non lei.*

12. (Se vogli lei) tu dèi avere tutto il suo avere; e conviene che tu la pigli per moglie.

13. Adunque addomandala al suo padre, e darallati per moglie.

14. E allora rispose Tobia, e disse: io hoe udito ch' ella è stata data a sette mariti, e tutti sono morti; e hoe udito che il demonio gli hae morti.

15. Onde io temo che forse non avvenga così a me; e temo di non mandare la vecchiezza del mio padre e della mia madre con tristizia allo inferno, però che non hanno niuno figliuolo, se non me solo.

16. Allora l' angiolo Rafael gli disse: intendimi, ch' io ti dimostrerò chi sono quegli che puote signoreggiare il demonio.

17. Quelli che ricevono matrimonio in tal modo, che Iddio cacciano da loro e dalla mente loro, e attendono a lussuriare sì come il mulo e il cavallo

12. Tibi debetur omnis substiantia ejus: et oportet eam te accipere conjugem.

13. Pete ergo eam a patre ejus, et dabit tibi eam in uxorem.

14. Tunc respondit Tobias, et dixit: Audio quia tradita est septem viris, et mortui sunt: sed et hoc audivi, quia dæmonium occidit illos.

15. Timeo ergo, ne forte et mihi hæc eveniant, et cum sim unicus parentibus meis, deponam senectutem illorum cum tristitia ad inferos.

16. Tunc Angelus Raphael dixit ei: Audi me, et ostendam tibi, qui sunt, quibus prævalere potest dæmonium.

17. Hi namquem, qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum a se et a sua mente excludant, et suæ libidini ita vacent, sicut equus et mulus, quibus non est intellectus: habet potestatem dæmonium super eos.

Digitized by Google

che non hanno intendimento; sopra questi tali hae potenza il demonio.

18. Ma quando tu l' avrai presa, e sarai entrato (nella casa e) nella camera, starai continente per tre notti senza toccarla, e non farai altro che stare in orazione con lei.

19. E nella prima notte, poi che tu avrai arrostito lo fìcato del pesce, sì sarà iscacciato il demonio.

20. E la seconda notte nella congiunzione dei santi patriarchi sarai ricevuto.

21. E nella terza notte riceverai la benedizione, acciò che i figliuoli salvi (e senza lesione) di voi nascano.

22. E passata la terza notte, riceverai la polzella con timore di Dio, più per cagione d' acquistare figliuoli che per diletto carnale, acciò che nel seme d' Abraam tu ricevi la benedizione nelli figliuoli.

18. Tu autem, cum acceperis eam, ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab ea, et nihil aliud, nisi orationibus vacabis cum ea.

19. Ipsa autem nocte, incenso jecore piscis, fugabitur dæmonium.

20. Secunda vero nocte in copulatione sanctorum patriarcharum admitteris.

21. Tertia autem nocte benedictionem consequeris, ut filii ex vobis procreentur incolumes.

22. Transacta autem tertia nocte, accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magis quam libidine ductus, ut in semine Abrahæ benedictionem in filiis consequaris.

Digitized by Google

CAPO VII.

1. Adunque andarono a Raguel, ed egli gli ricevette con grande letizia.

2. E veggendo Raguel Tobia, disse ad Anna sua moglie: deh, come questo giovane è somigliante al mio consoborino!

3. E quando egli ebbe ciò detto, disse: onde siete voi, o giovani nostri fratelli? E loro dissero: noi siamo della schiatta di Neftali, della prigionia di Ninive.

4. E disse Raguel: conoscete voi Tobia mio fratello? E loro dissono: mai sì.

5. E parlando egli molto bene di lui, l' angiolo disse a Raguel: Tobia, di cui tu domandasti, sì è padre di costui.

6. E venne a lui Raguel, e con lacrime il basciò; e piagnendo sopra il collo suo,

CAPUT VII.

1. Ingressi sunt autem ad Raguelem, et suscepit eos Raguel cum gaudio.

2. Intuensque Tobiam Raguel, dixit Annæ uxori suæ: Quam similis est juvenis iste consobrino meo!

3. Et cum hæc dixisset, ait: Unde estis, juvenes, fratres nostri? At illi dixerunt: Ex tribu Nephthali sumus, ex captivitate Ninive.

4. Dixitque illis Raguel: Nostis Tobiam fratrem meum? Qui dixerunt: Novimus.

5. Cumque multa bona loqueretur de eo, dixit Angelus ad Raguelem: Tobias, de quo interrogas, pater istius est.

6. Et misit se Raguel, et cum lacrymis osculatus est eum, et plorans supra collum ejus,

Digitized by Google

7. gli disse: figliuolo mio, tu sii benedetto, imperciò che tu se' figliuolo di buono e ottimo uomo.

8. E Anna sua moglie, e Sara la loro figliuola, ancora lacrimarono.

9. E poi ch' ebbero ragionato, comandò Raguel che si uccidesse uno castrone, e che si facesse convito. E invitandogli a desinare,

10. Tobia gli disse: qui non mangerò io oggi nè berò, se tu in prima non affermerai la mia domanda, cioè che tu mi prometta di dare Sara tua figliuola per moglie.

11. Onde, udendo ciò, Raguel si spaventoe, sapendo ch' era avvenuto agli altri sette mariti, e incominciò a temere che a costui non addivenisse il somigliante; e stando cheto, e non dando al domandante alcuna risposta,

12. l' angiolo gli disse: non avere paura di dargliela, imperciò che a costui che teme Iddio si dee

7. dixit: Benedictio sit tibi, fili mi, quia boni et optimi viri filius es.

8. Et Anna uxor ejus et Sara ipsorum filia lacrymatæ sunt.

9. Postquam autem locuti sunt, præcepit Raguel occidi arietem, et parari convivium. Cumque hortaretur eos discumbere ad prandium,

10. Tobias dixit: Hic ego hodie non manducabo, neque bibam, nisi prius petitionem meam confirmes, et promittas mihi dare Saram filiam tuam.

11. Quo audito verbo, Raguel expavit, sciens quid evenerit illis septem viris, qui ingressi sunt ad eam, et timere cœpit, ne forte et huic similiter contingeret; et cum nutaret, et non daret petenti ullum responsum.

12. dixit ei Angelus: Noli timere dare eam isti, quoniam huic timenti Deum debetur conjux filia tua: propterea alius non potuit habere illam.

Digitized by Google

dare per moglie la tua figliuola; e però alcuno altro non l' ha potuta avere.

13. Allora disse Raguel: io non dubito che Iddio non abbia ricevute le mie lacrime e le mie orazioni nel suo cospetto.

14. E credo che Iddio v' ha fatto venire a me, acciò che costei si congiugnesse con la sua ischiatta, secondo la legge di Moisè; e però non dubitare, ch' io te la darò.

15. E prendendo la mano dritta della sua fanciulla, sì la porse alla mano diritta di Tobia, dicendo: Iddio d' Abraam, Iddio d' Isaac e Iddio di Iacob sì sia con voi, e lui vi congiunga, *e adempia la sua benedizione in voi.*

16. E prendendo la carta, sì fecero la scrittura del matrimonio.

17. E poi fecero il convito, benedicendo Iddio.

18. E Raguel chiamò a se Anna sua moglie, e comandogli ch' ella apparecchiasse un' altra camera.

13. Tunc dixit Raguel: Non dubito, quod Deus preces et lacrymas meas in conspectu suo admiserit:

14. et credo, quoniam ideo fecit vos venire ad me, ut ista conjungeretur cognationi suæ secundum legem Moysi: et nunc noli dubium gerere, quod tibi eam tradam.

15. Et apprehendens dexteram filiæ suæ, dextræ Tobiæ tradidit, dicens: Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob vobiscum sit, et ipse conjungat vos, impleatque benedictionem suam in vobis.

16. Et, accepta charta, fecerunt conscriptionem conjugii.

17. Et post hæc epulati sunt, benedicentes Deum.

18. Vocavitque Raguel ad se Annam uxorem suam, et præcepit ei, ut præpararet alterum cubiculum.

Digitized by Google

19. E menovvi dentro Sara sua figliuola, e lacrimando

20. gli disse: fa che tu sii forte nell' animo, figliuola mia; Iddio del cielo ti dia allegrezza per lo increscimento che tu hai avuto.

CAPO VIII.

1. E poi che ebbero cenato, menarono dentro il giovane a lei.

2. Allora si ricordò Tobia del sermone dell' angiolo, e trasse dalla scarsella sua una parte del fegato del pesce, e puosela sopra de' carboni accesi.

3. Allora Rafael angelo prese il demonio, e legollo nel deserto dello Egitto di sopra.

4. Allora Tobia confortò la polzella, e disse a lei: leva su, Sara, e preghiamo Iddio oggi e domani e posdomani; imperciò che in queste tre notti ci aggiugneremo [a Dio]; e passata la terza notte, saremo nel nostro matrimonio.

19. Et introduxit illuc Saram filiam suam; et lacrymata est.

20. Dixitque ei: Forti animo esto, filia mea: Dominus cæli det tibi gaudium pro tædio, quod perpessa es.

CAPUT VIII.

1. Postquam vero cœnaverunt, introduxerunt juvenem ad eam.

2. Recordatus itaque Tobias sermonum Angeli, protulit de cassidili suo partem jecoris, posuitque eam super carbones vivos.

3. Tunc Raphael Angelus apprehendit dæmonium, et religavit illud in deserto superioris Aegypti.

4. Tunc hortatus est virginem Tobias, dixitque ei: Sara, exsurge, et deprecemur Deum hodie, et cras, et secundum cras, quia his tribus noctibus Deo jungimur: tertia autem transacta nocte, in nostro erimus conjugio.

Digitized by Google

5. Certo noi siamo figliuoli di santi, e non ci possiamo congiungere insieme sì come le genti che non conoscono Iddio.

6. E così si levarono amendue, e continuamente oravano a Dio insieme, che dèsse loro sanitade.

7. E disse Tobia: o Signore Iddio de' padri nostri, te benedicano i cieli, le terre e il mare e le fonti e i fiumi, e tutte le creature che in loro sono.

8. Tu facesti Adamo del limo della terra, e destigli per aiuto Eva.

9. E tu sai bene, Signore mio, ch' io non prendo ora per moglie la sorella mia per cagione di carnale diletto, ma per amore de' figliuoli, nei quali sia benedetto il nome tuo IN SECULA SECULORUM.

10. Allora disse Sara: Signore, abbi a noi misericordia, abbi a noi misericordia, sì che noi due invecchiamo insieme in sanitade.

11. E intorno al cantar de' polli comandò Raguel ai servi suoi, che fosse fatta la fossa; e così fecero il sepolcro,

5. Filii quippe sanctorum sumus, et non possumus ita conjungi, sicut gentes quæ ignorant Deum.

6. Surgentes autem pariter, instanter orabant ambo simul, ut sanitas daretur eis.

7. Dixitque Tobias: Domine Deus patrum nostrorum, benedicant te cæli et terræ, mareque et fontes, et flumina et omnes creaturæ tuæ, quæ in eis sunt.

8. Tu fecisti Adam de limo terræ, dedistique ei adjutorium Hevam.

9. Et nunc, Domine, tu scis, quia non luxuriæ causa accipio sororem meam conjugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in sæcula sæculorum.

10. Dixit quoque Sara: Miserere nobis, Domine, miserere nobis: et consenescamus ambo pariter sani.

11. Et factum est, circa pullorum cantum, accersiri jussit Raguel servos suos; et abierunt cum eo pariter, ut foderent sepulcrum.

Digitized by Google

12. acciò che fosse apparecchiato, se intervenisse a lui, sì come era intervenuto agli altri sette mariti i quali erano andati a lei.

13. E quando ebbero apparecchiata la sepoltura, Raguel tornò alla moglie, e disse:

14. manda una delle tue serve, e pongagli mente s' egli è morto, acciò il sotterri innanzi che si faccia dì.

15. Onde ella vi mandoe una delle sue ancille; la quale, poi che fue entrata nella camera, gli trovoe amendue sani e salvi, che insieme si dormivano.

16. La quale tornando ridisse buone novelle; onde Raguel benedisse Iddio, e la sua moglie similmente,

17. dicendo; noi benediciamo te, o Signore Iddio d' Israel, però che non ci è avvenuto come noi pensavamo.

18. Imperciò che tu hai fatto con noi misericordia, e hai iscacciato da noi il nimico che ci perseguitava;

12. Dicebat enim: Ne forte simili modo evenerit ei, quo et ceteris illis septem viris, qui sunt ingressi ad eam.

13. Cumque parassent fossam, reversus Raguel ad uxorem suam, dixit ei:

14. Mitte unam ex ancillis tuis, et videat si mortuus est, ut sepeliam eum, antequam illucescat dies.

15. At illa misit unam ex ancillis suis. Quæ ingressa cubiculum, reperit eos salvos et incolumes, secum pariter dormientes.

16. Et reversa, nuntiavit bonum nuntium; et benedixerunt Dominum, Raguel videlicet et Anna uxor ejus,

17. et dixerunt: Benedicimus te, Domine Deus Israel, quia non contigit quemadmodum putabamus.

18. Fecisti enim nobiscum misericordiam tuam, et exclusisti a nobis inimicum persequentem nos.

Digitized by Google

19. e hai avuto pietà di due unigeniti. Or fa, Signore, che loro più largamente ti benedicano, e òfferano sacrificio di laude per la loro sanitade, acciò che conosca la moltitudine delle genti, che tu sei solo Iddio in tutta la terra.

20. E incontanente comandò Raguel a' suoi servi, che riempiessono la fossa, che aveano fatta, innanzi che si schiarasse il dì.

21. E alla sua donna disse, ch' ella facesse il grande convito, e apparecchiasse i cibi di ciò che bisogna a camminare.

22. Onde ella fece uccidere due vacche grasse e quattro castroni, e apparecchiò le nozze a tutti i suoi vicini e amici.

23. E Raguel scongiurò Tobia, che istesse con lui due settimane.

24. E di tutto ciò che possedea, Raguel diede la metade a Tobia; e fecegli donazione, che l' altra metade dopo la sua fine pervenisse alla signoria di Tobia.

19. Misertus es autem duobus unicis. Fac eos, Domine, plenius benedicere te, et sacrificium tibi laudis tuæ et suæ sanitatis offerre, ut cognoscat universitas gentium, quia tu es Deus solus in universa terra.

20. Statimque præcepit servis suis Raguel, ut replerent fossam, quam fecerant, priusquam elucesceret.

21. Uxori autem suæ dixit, ut instrueret convivium, et præpararet omnia, quæ in cibos erant iter agentibus necessaria.

22. Duas quoque pingues vaccas, et quatuor arietes occidi fecit, et parari epulas omnibus vicinis suis, cunctisque amicis.

23. Et adjuravit Raguel Tobiam, ut duas hebdomadas moraretur apud se.

24. De omnibus autem, quæ possidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobiæ, et fecit scripturam, ut pars dimidia, quæ supererat post obitum eorum, Tobiæ dominio deveniret.

Digitized by Google

12. acciò che fosse apparecchiato, se intervenisse a lui, sì come era intervenuto agli altri sette mariti i quali erano andati a lei.

13. E quando ebbero apparecchiata la sepoltura, Raguel tornò alla moglie, e disse:

14. manda una delle tue serve, e pongagli mente s' egli è morto, acciò il sotterri innanzi che si faccia dì.

15. Onde ella vi mandoe una delle sue ancille; la quale, poi che fue entrata nella camera, gli trovoe amendue sani e salvi, che insieme si dormivano.

16. La quale tornando ridisse buone novelle; onde Raguel benedisse Iddio, e la sua moglie similmente,

17. dicendo; noi benediciamo te, o Signore Iddio d' Israel, però che non ci è avvenuto come noi pensavamo.

